# L. ANDREAE RESENDII

*De uerborũ coniugatione commentarius.*

OLISIPONE

*Apud Lodouicũ Rhotorigium typographum.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

UVA. BHSC. SC 11291(02)

# L. RESENDIVS PAVLO ANTONIO SVO S. D.

FOrmulas quaſdam latinæ coniugationis in uſum Brittioli mei à me collectas, ſicuti apud auctores obſeruaram, quum tibi oſtendiſſem, Paule Antoni amice cãdidiſsime, nihil minus cogitãs, quam ut in uulgus ederentur, quum ob multa, tum ne in ſermones hominum otioſorum incurrerem, efflagitare cœpiſti, ut Oliſiponenſi iuuẽtuti latinis literis ſub te magiſtro initiatæ, meiq; perquam ſtudioſæ, quidquid id erat impertirem. Quumq; ego reniterer, & longe mea exſpectatione rem inferiorẽ eſſe cauſarer, quumq; tu uehementius urgeres, ueritus ſum pertinacis nimiúmue præfracti notam incurrere, qui homini amiciſsimo rei tantillæ honeſtã operam denegarem. Adceſſit quædam etiã neceſsitas, quod meo magiſterio demandati Alcotinienſis Comes, & D. Iuliana Meneſia, Dynaſtæ Vrbiregalienſis filij, mitiſſimæ & placidiſsimæ indolis infantes, & quãtum per ætatulam poteſt coniici, patre doctiſsimo nequaquam indigni futuri, iam ad uerborum inflexionem toto conatu adcinge-



UVA. BHSC. SC 11291(02)

bantur, quam illis â primis his unguiculis ita cupio tradere, ut quo ſemel odore fuerit imbuta teſta recens, eum diu ſeruet, ne mihi poſtea magna eorum iactura, magno labore meo dedocendi ſint. Quare non ſolum iam quod poſcebas decreui dare, uerum commentarium etiam obſeruationum in eam rem, quanquam tumultuaria opera, conſcripſi. Id omne ad te mitto, ea lege, ut ſiquid tu melius animaduerteris, aut tuo arbitrio corrigas, aut nobiſcum communices, ut emendatius poſtea in publicum edatur.

Vale. Oliſipone idibus Iunijs.

M. D. XL.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## De modis

Modos, quos diuerſas eſſe animi inclinationes, diuerſos eius adfectus demonſtranteis grammatici definiunt, alij plureis, alij pauciores fecêre. Sunt nõ ignobiles, qui quinque ſtatuerint, inter quos Priſcianus, & neoterici ferme omnes. Ipſa tamen loquẽdi neceſsitas cogit nos ſeptẽ facere, Indicatiuum, Imperatiuũ, Permiſsiuum, Optatiuum, Potentialem, Subiuntiuum, & Infinitiuum.

## De Indicatiuo.

Indicatiuus, qui etiã Pronũciatiuus, & Finitiuus, & fatẽdi modus adpellatur, is eſt, qui rem quæ fit, factáue aut poſt facienda eſt, indicat, pronunciat, definit, fatetur, & narrat, nulla alterius ope.

Complectitur quinq; temporum differentias.

Præſens, quod & inſtãs dicitur, quo nunc actio fieri ſignificatur, ut lego. Nec ullus alius modus, proprie præſens tẽpus habet, & ſi, quaſi præſens quoddam tempus omnibus adſcribamus.

Præteritũ, quuius differentiæ tres. Imperfectum, ſpecie inchoatiua, quo aliquid prius agi ſignificatur, ſed



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*perfectum id non fuiſſe, interruptumq́; eſt. ut, legebam quum ueniſti.*

*Perfectũ, quod & exactum, ſpecie abſoluta, quum res abſoluta eſt & exacta, ut, legi. Perfeci enim lectionem, nec illa interrupta eſt, & iam non lego,*

*Pluſquam perfectum, ſpecie recordatiua, quum nõ ſolum res exacta eſt, ſed etiam inueterauit. Et ut propriã eius notam adſignem, commode præteritis alijs ſubiungitur, tanquam ante illa exactum. ut, quo tempore tu legebas, iam ego legeram. Iam legeram, quum ueniſti.*

*Futurum, id nominatur, quo res quæ nondum fit, nec eſt facta, facienda deinde oſtenditur. Quare futurum hoc Indicatiui, Marius Victorinus Promiſsiuum modum adpellat.*

### *Indicatiui paradigmata.*

### *Præſens.*

Eu amo haghora.

*Singulari. Amo ego. Amas tu. Amat ille.*
*Plurali. Amâmus nos. Amâtis uos. Amant illi.*

### *Paſsiuum eius.*

Eu ſom amado haghora.

*S. Amor ego. Amâris uel amâre tu. Amatur ille.*
*P. Amâmur nos. Amámini uos. Amantur illi.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Frequens uſus eſt præſentis, pro præterito perfecto. Quæ loquutio adcommoda narrationibus maxime eſt, ubi breuitati conſulimus. Terent. Andria.*

*Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicã tibi hæc. Vbi te non inuenio, ibi adſcẽdo in quemdã excelſum locũ. Circumſpicio, nuſquam. forte ibi huius uideo Birriam, Rogo, negat uidiſſe. mihi moleſtũ. Quid agam cogito.*

*Rarius pro imperfecto. Salluſtius Iugurtha. Legati in Africam maturantes ueniunt, eo magis, quod Romæ dum proficiſci parant, de prælio facto, & oppugnatione Cirthæ audiebatur. Virgil. Aeneid. 2.*

*Hic Priamus, quamq; media iam morte tenetur.*

*Horatius in arte poetica. — Deus immortalis haberi*
*Dum cupit Empedocles. ideſt. cupiebat.*

*Plaut. Amphitruone.*

*Grauidam ego illam heic reliqui, quum abeo. Terent. Heauton. Et uſq; dudum id egi dum loquitur pater. Eunuch. Thais, primum hoc mihi reſponde. quum tibi do iſtam uirginem, Dixtin mihi hos dies ſoli dare te? Do, pro dabam, aut darem, ut exponit Donatus. Et nos paulo inferius admonebimus Indicatiuum, Subiunctiuumq; ſibi inuicem ſubcedere. Terẽtius Hecyra. Dicitq; ſeſe illi anulum, dum luctatur, detraxiſſe.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Pro futuro quoq; inuenias. Terent. Eunucho. Sed heus tu, purgon ego me de iſthac Thaidi? Poſt. Quam mox irruimus? pro irruemus. Heaut act. 2. Quid ago nunc? ideſt agam. Plaut. Pſeudodo. actu. 4. Quam mox mihi operam das?

Horat. in arte. —tuq;.

Rectius Iliacum carmen diducis inactus,

Quã ſi proferres ignota indictaq; primus

Martialis li. 3.

Quando uenit? dicet. tu reſpõdeto, poëta

Exierat, ueniet quum citharœdus erit.

Eſt & alia formula rara quidem, ſed elegantiæ & uenuſtatis pleniſsima, ubi Indicatiuũ pro Cõiũctiuo, maxime tamẽ præſens hoc, ſubiũgimus particulis, antequã, priuſquã, Plautus Aſinaria. act. 1. At ego etiã priuſquã abis, uolo loqui. Idẽ Pœnulo. act. 3. Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem, Priuſquam obtorto collo ad prætorem trahor? Terent. Andria. Experiri omnia certum eſt, priuſquam pereo. Aeneid. 4.

Ante pudor, quam te uiolo, aut tua iura reſoluo.

Quæ uera lectio eſt, non uiolem, reſoluam. Cicero pro Murena. Antequam pro Murena dicere inſtituo, pro meipſo pauca dicam. Idem, famil. ep. li. 7. Trebatio. Sin noſtri oblitus es, dabo operam, ut iſtuc ueniam, an-

UVA. BHSC. SC 11291(02)

tequam plane ex animo tuo effluo. Cum alijs quoq; tem poribus. Plaut. Truculēto. act. 2. Priuſquā poterat ire in prælium. pro. poſſet. Aſinaria. act. 1. Quæ priuſquam iſtam adij, atq; amans ego animum meum iſti dedi, ſordido uitā oblectabas pane. Terent. Hecyra. Priuſquam hanc uxorem duxi.

## Præterit. Imperf.

Eu amaua.

S. Amâbam. Amábas. Amâbat.

P. Amabâmus. Amabâtís. Amábant.

## Paſſiuum.

Eu era amado.

S. Amâbar. Amabârís, uel amabâre. Amabatur.

P. Amabâmur. Amabámini. Amabántur.

## Præterit. Perfect.

Eu amei.

S. Amaui. Amauiſti. Amauit.

P. Amáuimus. Amauiſtís. Amauérunt, uel Amauêre.

Interdum Luſitanæ linguæ proprietas hoc præteritum, per uerbum habendi in præſenti, & participium paſſiuum præteritum, explicat. Iam illi bís ſcripſi.
Ia lhe tenho ſcripto duas vezes.

Loquũtur nō raro ſic Latini. Cicero de amicitia. Nō ergo erunt homines diuitijs adfluentes audiendi, ſi quando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cogni-



UVA. BHSC. SC 11291(02)

tam, diſputabunt. Idem in Antonium. De Cæſare ſatis dictū habeo. Plaut. in Perſa. Satis iam habeo dictū.

Idem tempus per ſyncopen.

S. Amaui, Amáſti. Amauit.

P. Amáuimus. Amáſtis. Amárunt.

Fit hæc ſyncope in quacunq; cōiugatione præteritum exactum ſit in .ui. ſyllaba. Remouetur etiam ſola .u. litera, præterito in .iui, deſinente. ut, audiui, audiuiſti, audiuit, Audij, audijſti, & audiſti, audijt. &c. Cupiui, cupiuiſti, cupiuit, Cupij, cupijſti & cupiſti, cupijt. Seruatur id etiā in omnibus tēporibus ab hoc deriuatis.

Latina lingua paſſiua præterita, quæq; inde deriuātur tēpora, non habet. Sed circūloquio utatur oportet. Paſſiuum igitur præteritum duplex eſt. Aut enim proxime exacta res eſt, aut ulterius præterijt. Quæ proxime, per ſui uerbi exactum participium, cum præſenti uerbi ſubſtantiui, facta ſignificatur, ut, amatus ſum. Quæ ulterius, per idem participium, cum præterito exacto uerbi ſubſtantiui, ut, amatus fui. Huius ratio mihi ea uidetur, quod res quæ pauloante præterijt, quum adhuc inſtare uideatur, merito per præteritum participium cum præſenti exprimitur, quaſi tempus partim exactum, partim adhuc inſtans. At quæ multo ante præterijt, quum iam nihil commercij cum præſen-

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ti habeat, tota recidit in præteritum. Adcidit differentia hæc uerbis etiam deponentibus & cõmunibus, etiam per omnia tempora omnium modorum ab hoc deriuata. Et licet ab auctoribus non uſquequaq; obſeruetur, uerißima tamen eſt.

Præter. paß. propinquius.

Eu fui haghora amado.
Eu ſom ia amado.

S. Amatus ſum. Amatus es. Amatus eſt.
P. Amati ſumus. Amati eſtis. Amati ſunt.

Remotius.

Eu fui amado.

S. Amatus fui Amatus fuiſti. Amatus fuit.
P. Amati fuimus. Amati fuiſtis. Amati fuerunt uel fuêre.

Hæc genere maſculino tantum conſulẽtes breuitati ponimus. Admoneantur tamen pueri generum aliorum meminiſſe.

Cæterum, adnotanda eſt formula quædam huius præteriti pro futuro, quum futuram rem adeo indubitatam ſignificare uolumus, ut merito tranſacta uideri poſſit. Terẽt. Eunucho. Verũ ſi incipies, neq; perficies gnauiter, actũ eſt, periſti. Liuius li. 1. dec. 3. Si quem animũ in alienæ ſortis exemplo paulo ante habuiſtis, eũdem mox in æſtimanda fortuna ueſtra habueritis: uicimus milites.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Præterit. pluſquã perfect.

Eu tinha amado.
Eu amara.

S. *Amáueram. Amáueras. Amáuerat.*
P. *Amauerâmus. Amauerâtis. Amáuerant.*

## Per ſyncopen.

S. *Amâram. Amáras. Amârat.*
P. *Amarâmus. Amarâtis. Amárant.*

*Paſsiuum eius propinquius, per uerbi participium cum præterito imperfecto uerbi ſubſtãtiui circumloquimur. Remotius uero, per idem participium cum præterito uerbi ſubſtãtiui. Quod etiam in alijs modis obſeruatur.*

## Propinquius.

Eu era ia amado.

S. *Amatus eram. Amatus eras. Amatus erat.*
P. *Amati erâmus. Amati erâtis. Amati erant.*

## Remotius.

Eu foora amado.

S. *Amatus fúeram. Amatus fúeras. Amatus fúerat.*
P. *Amati fuerâmus. Amati fuerâtis. Amati fúerant.*

*Reperias nonnunquam anallagen huius temporis pro præterito perfecto. Terentius Andria. Quid ais? quum intellexeras id cõſilij capere, quur nõ dixti extem-*

plo Pãphilo? Et hic etiam formulã illam animaduertes præteriti, pro futuro, quam paulo ante adnotaui. Horatius. 2. carminum.

Me truncus illapſus cerébro
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
Dextra leuaſſet.

Futurũ, uel, modus promiſſiuus.

Eu amarei.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amâbo. | Amabis. | Amabit. |
| P. | Amábimus. | Amábitis. | Amábunt. |

Paſſiuum eius.

Eu ſerei amado.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amâbor. | Amáberis, uel amábere. | Amábitur. |
| P. | Amábimur. | Amabimini. | Amabuntur. |

Vtimur etiam futuro Subiunctiui, pro futuro Indicatiui, & econtra uiciſſim. Nam quod Pomponius Lætus, & Nebriſſenſis noſter, & ante Priſciani ætatem Grocinus grammaticus, futurum exactũ, ſiue perfectum, freti, quantum uidetur, Varronis auctoritate, faciunt, omnino neq; probo, neq; uitupero. Eſt enim ut aiunt. Non tamen ita, ut in uniuerſum debeat præcipi. Nam ut uerum ſit illud Ciceronis ad Appium, Etſi tu quum in prouinciam ueneris, ego annuum munus cõfecero, quod Antonius adducit, quod tamen non mul-



UVA. BHSC. SC 11291(02)

tum cum illo facit, quum ibi, confecero, nequaquam confectū habuero ſignificet, ſed prope diem ad finem adcedam. Vt tamen, inquam, uerū ſit hoc, & illud pro Cælio, Quare etiam ſiquem minorum aliquid offendit, iam ætas omnia, iam dies mitigarit. & item Terentianum hoc in Adelphis, Vbi illīc rediero, nihil eſt, refrixerit res. quæ ſane magis uidentur urgêre, Quid illud eiuſdē Terētij? Sed ſi te æquo animo ferre adcipiet, neglegentem feceris. & alibi. Omnia hæc ſi uoles in animo uere cogitare Demea, Et mihi, & tibi, & illis dēpſeris moleſtiam. Hæc nonne luce clarius oſtendunt alterū pro altero indifferenter poni? Loca ſexcenta paſsim inueniet, qui uolet aduertere. Imo, ut plus dicam, omnia horum modorum tempora ſibi inuicem ſubcedunt. Terentius Andria.

Si illum relinquo, eius uitæ timeo.

Sin opitulor, huius minas. Et poſt. Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. Poſt. Si impetro, quid alias malim quā hodie has fieri nuptias? Heautont. Quid ſi redeo ad illos qui dicuut, quid ſi nūc cælum ruat? Cicero in fine epiſtolarum ad Appium. Quum hæc ſcribebam, cenſorem iam te eſſe ſperabam.

In his ſane Indicatiuus pro Subiunctiuo eſt poſitus. Contra in his Subiunctiuus pro Indicatiuo, elegantiſ-

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ſime Terent. Hecyr. act. 4.

Sed ego ſtultior, meis dictis parêre hãc qui poſtulem.

Cicero famil. epi. li. 1. ad Lentulum. Et quoniã tibi incredibilem quẽdam amorem, & omnia in te ipſum ſumma ac ſingularia ſtudia deberem, reipub. que te in me reſtituendo multum adiuuiſſet, eum certe me animum merito ipſius debere arbitrabar. Idem Appio. Quum eſt ad nos adlatum de temeritate eorum qui tibi negotiũ faceſſerent. Eodem libro. Ad me adire quoſdam memini, qui dicerẽt, magnos ſumptus legatis decerni. Item. Me miſerum, qui non adfuerim, quos ego riſus excitaſſem? Libro tertio de officijs. Quod quum percrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argẽtariam faceret Syracuſis, dixit uænaleis quidem ſe hortos nõ habere, ſed &c. Quum ille promiſiſset, tũ Pythius qui eſset, ut argẽtarius, apud omneis ordines gratioſus &c. Terẽt. Phormione. Itáne hunc patiemur Geta fieri miſerum? Qui me dudum, ut dixti, adiuuerit comiter. Horatius.

Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis.
Verũ eſt cum mimis, eſt cum meretricibus.

Liuius li. 6. decadis. 1. Tum uero, Ego, inquit, nequiquam hac dextra capitolium arcemq; ſeruauerim, ſi ciuem cõmilitonemq; meũ tamq; Gallis uictoribus captũ in ſeruitutem ac uincula duci uideam. Hic ſeruauerim,

UVA. BHSC. SC 11291(02)

plane pro ſeruaui, poſitum eſt. Cæſar commētario primo de bello Gallico. Præterea, ſe neq; ſine exercitu in eas parteis Galliæ uenire audere, quas Cæſar poſſideret, neq; exercitum ſine magno commeatu atq; emolumento in unum locum contrahere poſſe. Sibi autem mirum uideri, quid in ſua Gallia quam bello uiciſſet, aut Cæſari, aut omnino po. Ro. negotij eſſet. Quæ loquēdi formula, adeo Cæſari frequens fuit, ut nulla frequentior.

Futurum aliter.

Eu amarei.

S. Amáuero. Amáueris. Amáuerit.
P. Amauerímus. Amauerîtis. Amáuerint.

Syncope.

S. Amâro. Amáris. Amârit.
P. Amarímus. Amarîtis. Amárint.

Paſſiuum propinquius.

Eu ſerei amado.

S, Amatus ero. Amatus eris. Amatus erit.
P. Amati érimus. Amati éritis. Amati erunt.

Remotius.

S. Amatus fúero. Amatus fúeris. Amatus fúerit.
P. Amati fuerîmus. Amati fuerîtis. Amati fuerint.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Imperatiuo, Latini ſermonis uſus multo elegātiſſimus, omnia tēpora coēgit adſcribere. Nam quum integer is modus apud Latinos auctores inueniatur, quur illi præſens tantum futurúmq; Grammatici adſignent? mirum quam confuſe tamen. Græci certe præterito tempore hunc modum non priuant. Sed imperfectum tempus cum præſenti, pluſquam perfectum cum perfecto, & futurum cum indefinito ſuo more miſcent. Illud nō prætereundum, Grāmaticos ex tribus modis, Imperatiuo, Mādatiuo, Hortatiuo, unum reliquiſſe Imperatiuum, qui trium munere fungeretur. qui ipſe tamen ſolas ſecundas utriuſq; numeri perſonas haberet, Ama. Amate. Nam Amato, Amatote, Amanto, Mādatiui modi ſunt, quo familiariter utuntur, qui uel leges condunt, uel præcepta rei ruſticæ, medicinæ ue tradunt. Cornelius Fronto in differētijs ait. Videte, & uidetote. Videte, imperat. Videtote mandat. Exemplorū plena ſunt omnia. Reliquæ omnes uoces hortatiuæ ſunt. Cōfundamus & nos igitur treis hoſce modos, & Imperatiui nomine, unum faciamus integrū, quādo ſiue mandemus, ſiue hortemur, id niſi imperantes quodammodo non facimus. Deprecatiuum etiam in eū trāſfundamus. Prius



UVA. BHSC. SC 11291(02)

tamen admonendi ſunt pueri, Imperatiuo primam ſingularis numeri perſonam eapropter deeſſe, quia nemo ſibi ipſi loquendo recte imperat. Quod ſi quando quis ſeipſum adhortatur, ſe tãquã ſecũdam perſonã adloquitur. Lucanus li. 2. Domitium ſecum hæc agitantem inducit.

—rue certus, & omneis
Lucis rumpe moras, & Cæſaris effuge munus.

Catullus item ſecum.

Miſer Catulle, deſinas ineptire,
Nec quæ fugit ſectare, nec miſer uiue.
Sed obſtinata mẽte perfer, obdura.

Aeneid. 4. Dido.

Quin morere, ut merita es, ferrôq; auerte dolorem.

## De præſenti Imperatiui.

Præſens tempus Imperatiui duplicem habere uocem, Ama, Amato, quarum alteram neoterici præſentis faciunt, alteram futuri, recte & uere Linacer Britanus uir doctiſſimus, iam ante peruicit. Hoc tamen addendum putaui, ita nos his uti uocibus in præſenti, ut liberum ſit utraq; etiam in futurum uti. Recte enim dixeris, ab hinc annos decem, ama, lege. Ratio ea eſſe uidetur, quod imperatio futurum fere ſecũ importat. Nam ea imperamus fieri, quæ fieri nondum uidemus. Quod ſi

UVA. BHSC. SC 11291(02)

aliquid quod iam ſit, imperamus, id ſane non præſentis, ſed futuri habita ratione à nobis fit. Quare non immerito hæ uoces & præſenti & futuro adcõmodãtur.

Lucanus Pharſaliæ primo.

Totum ſub latias leges quum miſeris orbem,
In te uerte manus. Et libro nono.

Me quum fatalis leto damnauerit hora,
Excipite ô gnati bellum ciuile. Aeneid. 4.

Tum uos ô Tyrij, ſtirpem & genus omne futurum
Exercete odijs, cineriq; hæc mittite noſtro
Munera. nullus amor populis, nec fœdera ſunto.

Martialis.

Contigeris noſtros Cæſar ſi forte libellos,
Terrarum dominum pone ſupercilium.

Non ergo hæ uoces magis præſentis, quã futuri ſunt. Aliæ uero ſecũdæ perſonæ uoces. Ames, Ametis, Amáueris, Amauéritis, prohibendo efferuntur. Etſi nonnunquam differẽtia hæc ab auctorib. non ſeruatur. Terent. Eunucho. Ne crucia te obſecro, anime mi Phædria. Heautont. Ne retice, crede inquam mihi. Hecyra. Puerum adcipias. Nam is quidem in culpa non eſt. Tibull. li. 3. ele. 6.

Ite procul durum curæ genus, ite labores.
Fulſerit heic niueis Delius alitibus.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Quaſi præſens, uel futurum.

Ama tu.

S. Ama. Amet.

P. Amêmus. Amâte. Ament.

Paſsiuum.

Se tu amado.

S. Amâre. Amêtur.

P. Amêmur. Amámini. Amentur.

Aliter.

Ama tu.

S. Amâto tu. Amâto ille.

P. Amêmus. Amatôte. Amanto.

Paſsiuum.

Se tu amado.

S. Amâtor tu. Amâtor ille.

P. Amêmur. Amáminor. Amantor.

Metamor. 9.

Lac facitote bibat, noſtrâq; ſub arbore ludat.
Quumq; loqui poterit, matrem facitote ſalutet.

Horat. in arte.

Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata, dulcia ſunto,
Et quocumq; uolent, animum auditoris agunto.

Et li. 3. carminum, permiſſiue. —qualibet exſules
In parte regnanto beati. In paſsiua uoce. Georg. 2.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Interdum uox hæc, pro futuro Indicatiui ponitur. Aeneidos. 5.

Primus, equum phaleris inſignem uictor habeto. &c.
Tertius, Argolica hac galea contentus abito.

Et in Melibœo.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus. at tu,
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Liuius, lib. 5. Volcano arma, ſiue cui alij Diuo uouêre uolet, ſiue hoſtia, ſiue quo alio uolet, ius eſto. Catullus.

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo uel ſaliſubſuli ſacra ſuſcipiunto.

Suſcipiunto, pro, ſuſcipient, uel ſuſcipere poterunt.

### Idem tempus, prohibitiue.

Non ames.

S. Ne ames. Ne amet.

P. Ne amêmus. Ne amêtis. Ne ament.

### Paſſiuum.

Non ſeias amado.

S. Ne amêris, uel, amêre. Ne amêtur.

P. Ne amêmur. Ne amémini. Ne amentur.

### Aliter.

Non ames.

S. Ne amáueris. Ne amáuerit.

P. Ne amauérimus. Ne amauéritis. Ne amáuerint.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum propinquius.

Non ſeias amado.

S. Ne amatus ſis. Ne amatus ſit.

P. Ne amati ſimus. Ne amati ſitis. Ne amati ſint.

Remotius.

S. Ne amatus fúeris. Ne amatus fúerit.

P. Ne amati fuérimus. Ne amati fuéritis.

Ne amati fúerint.

Terent. Phormione. Si non tum dedero, unam præterea horam ne opertus ſis.

Præterit. imperfect.

Amaſſes tu.

S. Amares. Amaret.

P. Amarêmus. Amarêtis. Amarent.

Paſſiuum.

Fooſſes tu amado.

S. Amarêris, uel, amarêre. Amarêtur.

P. Amarêmur. Amarémini. Amarentur.

Hoc tēpus adiecimus Virgilij auctoritatem ſequuti. Aeneid. 8.—at tu dictis Albane maneres.

Quo loco, rancide nimis interprætātur, debuiſſes manere, quum frigeat uis illa, feſtiuitâſq; Maroniana. Potéſtq; cognoſci ea imperādi formula ex ſimili, quam nemo non fateatur eſſe Imperatiui. Terent. Heauton.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Clit. dij te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudis. Syr. At tu pol tibi iſtas poſthac comprimito manus. Hic Virgilij locus quum me primum admonuiſſet, ut Imperatiuo præteritum apud Latinos eſſe, non dubitarem, eius tãdem uſum plenius cõſirmaui poſtea. Terent. Andria. Alio pacto haud poterat fieri, ut ſciret hæc quæ uolumus. My. Prædiceres. Idem Heautont. Fortaſſe aliquãto iniquior erat, præter eius libidinem. Pateretur. Idem Phorm. D. dotem daretis, quæreret aliũ uirum. Et poſt. Get. Non ratio, uerum argentum deerat. D. ſumeret alicunde. Liuius li. 7. atq; à porta, domum confeſtim ad M. Pomponiũm tribunum pergit. Ianitori opus eſſe ſibi domino eius conuento extemplo ait: nunciaret T. Manlium Lucij filium eſſe. Et poſt. Fremũt omnibus locis. irent, crearent cõſules ex plebe, Horatius in arte.

Nullum ultra uerbum, aut operam ſumebat inanem.
Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares.

Præter. perfect.

Tu haias, ou tenhas amado.

S. Amáueris. Amauerit.
P. Amauérimus. Amauéritis. Amáuerint.

Syncope.

S. Amâris. Amârit.

P. *Amárimus. Amáritis. Amárint.*

*Paſsiuum propinquius.*

Tu haias ſido amado.

S. *Amatus ſis. Amatus ſit.*

P. *Amati ſimus. Amati ſitis. Amati ſint.*

*Remotius.*

S. *Amatus fúeris. Amatus fúerit.*

P. *Amati fuérimus. Amati fuéritis. Amati fúerint.*

*Et ſi præteritum perfectum hoc actiuum inuenitur, ut apud Lucanum Pharſal. 2.*

*Dij melius belli tulimus quod damna priores.*
*Cœperit inde nefas. Et libro. 8.*
*Non impune tuos Magnus contempſerit annos,*
*Qui te nec uictos arcere à litore noſtro*
*Poſſe putat. nec te ſceptris priuauerit hoſpes.*

*tamen frequẽtius in tertijs utriuſq; numeri perſonis paſſiua uoce & genere neutro inuenitur. ut, hactenus de his dictum ſit. Hæc de ea re dicta ſint. Liuius li. 7. dec. 1. Hæc dicta ſint patribus. Te imperator milites tui oramus &c. & lib. 8. Exanimatum, auctores quoniam non omnes ſunt, mihi quoq; in incerto relictũ ſit. Nam quod Priſcianus, aperta ſit porta cras, & alia quæ adducit ſimilia, præteritum futuro mixtũ putat, & Linacer il-*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

lud Ciceronis ad Atticum, ſed amábo te, nihil incō-
modo ualetudinis tuæ feceris. & illud Martialis,

Dic quotus, & quanti cupias cœnare, nec ullum
  Addideris uerbum, &
Perdiderit nullum uita reuerſa diem,

Quis adeo cæcus eſt, ut futuri temporis eſſe nō uideat?

Pluſq̃ perfect.

Amáras tu.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amauiſſes. | Amauiſſet. | |
| P. | Amauiſſêmus. | Amauiſſêtis. | Amauiſſent. |

Syncope.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amaſſes. | Amaſſet. | |
| P. | Amaſſêmus. | Amaſſêtis. | Amaſſent. |

Paſſiuum propinquius.

Fooras tu amado.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amatus eſſes. | Amatus eſſet. | |
| P. | Amati eſſêmus. | Amati eſſêtis. | Amati eſſent. |

Remotius.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | Amatus fuiſſes. | Amatus fuiſſet. | |
| P. | Amati fuiſſêmus. | Amati fuiſſêtis. | Amati fuiſſent. |

Lucanus li. 7. —poſt prælia natis
Si dominum Fortuna dabas, & bella dediſſes.
Aeneid. 4. —eadem me ad fata uocaſſes.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet.
Metamorph.5.
Præmiaq; eripies? quæ ſi tibi magna uidentur,
Ex illis ſcopulis, ubi erant adfixa, petiſſes.

Superioribus his Imperatiui temporibus utuntur non raro auctores pro Coniunctiuo, ſubintellecta particula. ſi. Perſius, ſat.5.

—digitum exſere, peccas. id eſt. ſi exſeras.
Ouid.met.12.—Da femina ne ſim,
Omnia præſtiteris.
Lucanus lib.2.—Quibus adde Catonem
Sub iuga Pompeij, toto iam liber in orbe
Solus Cæſar erit.—hoc eſt, ſi addas, uel addideris.
Martialis.—Adde aquam, natabunt. Idem li.12.
Imputet ipſe deus nectar mihi, fiet acetum.

Cicero Philip. decima tertia. Neq; iſtinc ſi cupias, poſſis te explicare. Receſſeris, omnes inſequentur. Mãſeris, hærebis. Horat. ſerm.1. ſat.3.

—decies centena dediſſes
Huic parco, paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis. id eſt, ſi dediſſes. Idem in arte.
—melius te poſſe negares,
Bis térq; expertum fruſtra, delere iubebat.
hoc eſt, ſi negares. Virgili.—tu quoq; magnam

Partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare haberes.
id eſt, ſi ſineret, aut ſiuiſſet. Iuuenalis.
—ad cælum iuſſeris, ibit. ideſt, ſi iuſſeris.
Ouid. Faſtorum. 6.
Huic aliquis iuuenum, dixiſſet amantia uerba.
Reddebat taleis protinus illa ſonos.
Eſt etiam reperire, ubi elegantiſſime hic Imperatiuus pro Optatiuo ponatur, niſi malis Deprecatiuum eſſe, qui idem in Imperatiuum recidit. Virg. Aeneid. 4.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Dardanios ferrôq; ſequare colonos. Idem.
Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta.
pro. Viuatis utinam.

Futurum.

Tu amaráas.

S. Amabis. Amabit

P. Amábimus. Amábitis. Amábunt.

Paſſiuum.

Tu ſeraas amado.

S. Amáberis uel amábere. Amábitur.

P. Amábimur. Amabimini. Amabuntr.

Hoc eſſe modi huius, uel potius Mandatiui, uerum & proprium futurum iudico. Nam, Amato, Amáueris, prius oſtendi etiam præſenti tempori deſeruire, alterum adſertiue, alterum uero probibitiue. Eſtq; eiuſ-



UVA. BHSC. SC 11291(02)

modi futuri uſus frequentiſsimus. Cicer. famil. li. 7. ad Trebatium. Sed ualebis, meaq; negotia curabis, mêq; dijs iuuantibus, ante brumam exſpectabis.

Virg. georgicorum primo.

Alternis idem tonſas ceſſare noualeis
Et ſegnem patiêre ſitu dureſcere campum. Item. li. 2.
Ante locum capies oculis, altêq; iubebis
In ſolido puteum demitti, omnémq; repones
Rurſus humum, & pedib. ſummas æquabis arenas.

Lucanus Pharſal. li. 2.

Ecquid plura moror? totos mea gnate per ortus
Bella feres, totôq; urbeis agitabis in orbe
Perdomitas. omnes redeant in caſtra triumphi.

## De Permiſſiuo Modo.

Permiſsiuum, etiam Conceſſiuum nominant. Similis is fere Imperatiuo eſt, temporibus, uoce, & ſignificatione, niſi quod primam in ſingulari perſonam admittit, qua Imperatiuus, uti prædictum eſt, priuatur. Eo tunc utimur, quum nos ſúſq; dêq; laturos, ſi quidpiam fiat, oſtendere uolentes, quaſi imperamus. Vt ſi admonenti ne in aperta pericula me conijciam, futurum enim ut peream, respondero ego, Peream.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Quaſi præſens, uel futurum.

Ame eu, mas que ame, doulhe que ame.

S Amem. Ames. Amet.

P. Amêmus. Amêtis. Ament.

Paſſiuum.

Eu ſeia amado, mas que ſeia, doulhe que ſeia amado.

S. Amer. Amêris uel amêre. Ametur.

P. Amêmur. Amêmini. Amentur.

Aliter.

Ama tu.

S. Ama. Amet.

P. Amêmus. Amâte. Ament.

Paßiuum.

Se tu amado.

S. Amâre. Ametur.

P. Amêmur. Amámini. Amentur.

Aliter.

Ama tu.

S. Amato tu. Amato ille.

P. Amêmus. Amatôte. Amanto.

Paſſiuum.

Se tu amado.

S. Amator tu. Amator ille.

P. Amêmur. Amáminor. Amantor.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Sicut in Imperatiuo diximus, hæ præſentis uoces, etiam futuri ſunt. Lucan. li. primo.*

*— diros Pharſalia campos*
*Impleat, & Pœni ſaturentur ſanguine manes.*
*His Cæſar Peruſina fames, Mutinæq; labores*
*Adcedant fatis. Virgil. in buc.*
*— Et Phyllida ſolus habeto. Terent. Andria.*
*Nonne tibi ſatis eſſe hoc uiſum ſolidum eſt gaudium,*
*Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?*
*habeas. Et poſt. — Imo habeat, ualeat, uiuat cum illa.*
*Adelphis. Miſſa facio, effundite, emite, facite quod uobis lubet.*

*Sed quum, ut paulo ante dixi, modus Permiſſiuus primam admittat perſonam ſingularem, in Ama, &, amato, ideo illam non ponimus, quia ab Imperatiuo, qui ea perſona caret, has uoces mutuamur.*

*Præt. Imperfect.*

Eu amaſſe, mas que amaſſe, doulhe que amaſſe.

*S. Amarem. P. Amarêmus.*

*Paſſiuum.*

Eu foſſe amado. mas que foſſe, doulhe que foſſe amado.

*S. Amarer. P. Amarêmur.*

*In reliquis perſonis, declinatur ut Imperatiuus.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

❧ *Præt.perfectum.*

Eu haia,ou tenha amado,mas que haia,doulhe que haia amado.

*S. Amáuerim. P. Amauérimus.*

❧ *Syncope.*

*S. Amárim. P. Amárimus.*

❧ *Paſsiuum propinquius.*

Eu ſeia ia amado,mas que ſeia,doulhe que ſeia ia amado.

*S. Amatus ſim.*

❧ Remotius.

Eu haia ſido amado.mas que haia,doulhe que.&c.

*S. Amatus fúerim.*

*Salluſt. Iugurth. Nã initio obcidit Hiempſalem fratrem meum, deinde patrio regno me expulit. Quæ ſane fuerint noſtræ iniuriæ,nihil ad uos. Idem contra Ciceronem. Egeris oro te Cicero, perfeceris quod libet,ſatis eſt perpeſsos eſſe. Cicero in Salluſt. Vixeris ut libet Salluſti,egeris quæ uolueris. Satis ſit unum te,tuorum ſcelerum conſcium eſſe. Liuius li.6.decad.1. Deprecandi poteſtatem à me habuéritis, precibus euentum ueſtris,ſenatus quem uidebitur dabit. Sillius.li.1.*

*Intulerit Latio, ſpreta me,Troius heros*
*Exſul Dardaniam.&c.*
*Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ*
*Non capiant. Terent. Andria. Adducti qui illam ciuem hinc dicãt. Viceris. & eironicôs Virg.æneid.2.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Obciderit ferro Priamus, Troia arſerit igni,*
*Dardanium toties ſudarit ſanguine litus.*

*Pluſq; perfectum.*

Eu amára,, mas que amara, doulhe que amára.

*S. Amauiſſem. Syncope. Amaſsem*

*Paſsiuum propinquius.*

Eu foora amado. mas que foora, doulhe que foora amado.

*S. Amatus eſsem.*

*Remotius.*

*S. Amatus fuiſſem. Aeneid. quarto.*
*Verum anceps fuerat belli fortuna, fuiſſet.*
*Quem metui moritura?*

*Futurum.*

*S. Amem. Ames. Amet.*
*& cætera ut in præſenti.*

*De Optatiuo.*

*Optatiuus & Imprecatiuus modus, utrũq; enim unius Optatiui nomine permiſcemus, tempus præſens proprie non habent. Nam nihil præſentis temporis ratione optatur, ſed futuri. Erga præteritum uero, animi adfe-*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ctus quidam eſt, quo id quod contigit aliter, nos aliter contigiſſe malle ſignificamus. Improprie tamen præſens uocamus in hoc modo, quum aliquid iam iam fieri optamus, futurum uero, quum deinceps. Eadem propterea uox eſt, & præſentis, & futuri. Huic modo particulas optãdi, & imprecandi, utinam, o, o utinam, o ſi, ſic, at, ut. & ſimileis, nonnunquam præfigimus, nõnunquam uero adimimus. Martialis.

Diſpereas utinam Sabelle belle. Ouidius.

O utinam tum, quum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Lucanus li, 2.

O utinã cæliq; deis Herebiq; liceret. &c. Virg. li. 8.

Nunc nunc ô liceat crudelem abrũpere uitam. Alius.

O pereat quicunq; legit uirideiſq; ſmaragdos.

Perſius.—ô ſi mihi ſeria, dextro
Hercule, ſub raſtris crepet. Lucan. li. 1.

Sic eat ô ſuperi. Virgil. Aeneid. x.

Sic pater ille deûm faciat, ſic altus Apollo. Aenei. 2.

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Dij, ſiqua eſt cælo pietas quæ talia curet,
Perſoluant grates dignas. Terent. Andria.

At tibi dij dignum factis exitium duint. Eunucho.

Vt illum dij deæq; ſenium perdant. Adelph. Vt Syre te, cum tua monſtratione, magnus perdat Iupiter.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

☙ *Sine his uero particulis.* *Lucan.li.2.*

*Me geminæ figant acies, me barbara telis*
*Rheni turba petat.* *ibi.*
*Sic redimat ſanguis populos, hac cæde luatur*
*Quidquid Romani meruerunt perdere mores.*

*Terent. Andria. Dij te eradicent, ita me miſeram territas. Adelphis. Dij omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.*

☙ *Quaſi præſens, uel futurum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Eu ame. | | | Eu ſeia amado. |
| *S.* | *Amem.* | ☙ *Paſſiuum.* | *S.* | *Amer.* |

☙ *Aliter.*

*S.* *Amáuerim.* *Syncope.* *Amârim.*

☙ *Paſſiuum propinquius.*

*S.* *Amatus ſim.*

☙ *Remotius.*

*S.* *Amatus fuerim.* *Virg. Aenei.8.*

*O ſi præteritos referat mihi Iupiter annos.*
*Qualis eram. &c.*

*Vtimur interdũ Imperfecto, præſentis loco. Virgil.11.*

*Quamquam, ô ſi ſolitæ quidquam uirtutis adeſſet.*

*Martialis.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Dij facerent ut tu loquereris, & ipſe taceret.
Terent. Eunucho. Fundam tibi ego nunc nimis uellem dari, ut illos procul hinc cæderes.

Quaſi præſens, aliter.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Ora eu amaſſe. | | | Ora eu fooſſe amado. |
| S. | Amarem. | Paſſiuum. | S. | Amarer. |

Præteritum imperfectum.

| | | |
|---|---|---|
| Ora eu amara entam. | | Ora eu foora amado entam. |
| Amarem. | Paſſiuum. | Amârer. |

Pro hoc tempore ponitur aliquando pluſquam perfectum, & contra uiciſſim, ut apud Ouidium.
O utinam tum, quum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſset adulter aquis.
Proprium erat, utinam tum obrueretur, quum petebat. Id etiam Potentiali adcidit, & Coniunctiuo, ut in uno Terentij exemplo, de utroq; modo patebit. Adelph. Nam ſi eſset unde id fieret, faceremus. pro eo quod eſſe debebat, ſi fuiſſet, feciſſemus. In quo, fuiſset, ſubiunctiui modi eſt, feciſsemus, potentialis. Cæſar. Nonnulli etiam Cæſari nunciabant, quum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audienteis milites. Iuſſiſset, pro iuberet.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Præter. Perfectum.

Eu haia, ou tenha amado.

S. Amáuerim. Syncope. Amârim.

Paſſiuum propinquius.

Eu ſeia ia amado.

S. Amatus ſim.

Eu haia ſido amado.

Remotius. Amatus fúerim.

Virgil. Aeneid. 6.

Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſequuta.

Lucan. Pharſ. 2. —dij uota ſecundent,

Et fibris ſit nulla fides, ſed conditor artis

Finxerit iſta Tages. Plautus Pœnulo. act. 3.

Aduoc. Abſceſſit quicum litigas. Agor. Vtinam hinc abierit in malam crucem. Idem. Caſina. act. 2. Deos quæſo ut tua ſors ex ſitella effugerit. Chal. Vtinam tua quidem, ſicut Herculeis prædicãt Quondam prognatis, ita in ſortiendo delicuerit. Effugerit, Cõiunctiui eſt. delicuerit, Optatiui.

Pluſq̃ perfectum.

Eu amára.

S. Amauiſſem. Syncope. Amaſſem.

Paſſiuum propinquius.

Eu foora amado.

S Amatus eſſem.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

❧ Remotius.

S. Amatus fuiſſem. Catullus Argonautico.

Iupiter omnipotens, utinam nec tempore primo
Gnoſia Cecropiæ tetigiſſent litora pupes,
Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro,
Perfidus in Gretam religaßet nauita funem,
Nec malus hic, cælans dulci crudelia forma,
Conſilium noſtris quæſißet ſedibus hoſpes.

❧ Futurum.

Eu ame. Eu ſeia amado.

S. Amem. ❧ Paſſiuum. S. Amer.

Cicer. ad Att. Eſt mihi præcipua cauſa manendi, de qua utinam aliquando tecum loquar.

❧ Aliter.

Eu ame.

S. Amauerim. Syncope. Amârim.

Eu ſeia amado.

❧ Paſſiuum propinq. Amatus ſim,

❧ Remotius. Amatus fúerim.

Liuius. li. 6. decad. 1. Vidéſne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam conſtitiße? Nec illis dij immortales certioris quidquam fiduciæ, maioriſue quod ſit auxilij, dederint. Catullus.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Non ita me diui uera gemunt aderint.*

*Propertius li.3.ad Cynthiam.*

*Sic ego non ullos iam norim in amore tumultus,*

*Nec ueniat ſine te nox uigilanda mihi.*

*Terent. Andria. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. Idem Adelph. Dij omnes oderint, ni magis te quam oculos nunc amo meos. Huius futuri loco reperies aliquando Indicatiui futurum. Plaut. Pſeudolo. act. 4. Malum quod tibi dij dabunt, ut ſceleſtus. Idem. Aulularia. Ita me dij amabunt, ut ego hunc auſculto lubens. Terent. Heaut. Ita me dij amabũt, ut tuarum miſeritum eſt Menedeme fortunarum.*

## *De modo Potentiali.*

*De potentiali modo hoc, multa erudite Linacer diſputauit, ut illud uidelicet, licere per hunc unica uoce enunciare, id quod per Indicatiuum, uel Potentialem, uerbi Poßum, uel uerbi, Debeo, & infinitiuum uerbi quuius uſus incidat, longiuſcula oratione diceretur. ut facerem, poteram, uel debebam facere. Poſſem, uel deberem facere. Aliquando tamen uerbum uoluntatis deſiderat. Legat qui uolet illius commentarios. Sed tamen in diſcrimine tẽporum minus laborauit. Et ſane idem in uo-*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ce cum Optatiuo is modus eſt, quum in ſignificationis tamen modo longe differat.

Quaſi præſens, uel futurum.

Eu ame. Eu poſſo amar. Eu ſeia amado. Eu poſſo ſer amado.

S. Amem. Paſſiuum. S. Amer.

Terentius Andria. Chr. bonus eſt hic uir. S. hic uir ſit bonus? id eſt, poteſt eſſe. Idem Eunucho. Quid cum illo agas? id eſt agere debes. Idem Heautont. Fruere dum licet, nam neſcias Eius ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi. Hecyra. act. 5. Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit. proſit, Potētialis eſt. expurget, Coniunctiui pro Indicatiuo.

Præſens tantum, aliter.

Eu amaria haghora. Eu ſeria amado haghora.

S. Amarem. Paſſiuum. S. Amarer.

Virgil. Aeneid. 8.

Non ego nunc dulci amplexu diuellerer uſquam

Gnate tuo. Terentius Hecyra. act. 5. Id pollicerer tibi Laches, Me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut duxit, á me Pamphilum. id eſt. polliceri poſſum.

Præter. Imperfect.

Eu amaria entam. Eu podia, ou deuia amar.

S. Amarem.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum.

Eu ſeria amado entam. Eu podia, ou deuia ſer amado.

S. Amarer.

Terent. Andria. Diceret, quid feci? id eſt. poterat dicere. Virgil.

Quid facerem? neq; ſeruitio me exire licebat. Idem.
An mihi cantando uictus non redderet ille
Quem mea carminibus meruiſset fiſtula caprum? id eſt. non reddere debebat? Lucan. li. 1.
Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret.
id eſt poſset. & poſt. eodem libro.
—Quem non ſtellarum Aegyptia Memphis
Aequaret uiſu. Idem lib. 7.—ſtetit aggere campi
Eminus, unde omneis ſparſas per Theſſala rura
Adſpiceret clades, id eſt. poterat, uel poſset adſpicere.

Præteritum perfectum.

Eu haia amado. eu pude amar.

S. Amauerim. Syncope. Amarim.

Paſsiuum propinquius.

Eu haia ſido amado. Eu pude ſer amado.

S Amatus ſim.

Remotius.

S. Amatus fuerim.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*In hoc potentiali modo, non facile præteritum exactum reperias. Ego niſi fallit memoria, hactenus me non legiſſe profiteor, præterquam in Porcij Latronis declamatione. Verum ea dicendi uoluptas olim ſapientiſſimo uiro M. Catoni plane contigerit, necnon & Galbæ, Scipioni, Gracchis. &c. nobiſcum uero ſentētia noſtra bene ageretur. &c. Nec abhorret à præterito hoc, illud Virgilij—pro Iupiter, ibit*

*Hic ait, & noſtris inluſerit aduena regnis?*

*Inluſerit inquit, id eſt potuit inludere. Horat. in epod.*

*Inultus ut tu riſeris Cottytia*
*Vulgata ſacrum liberi Cupidinis?*
*Et exquilini pontifex uenefici*
*Impune ut urbem nomine impleris meo?*

*Quare id tempus poſt hac plenius inueſtigandum relinquimus. Nam exempla quæ tanquam præteriti Linacer adducit, omnino futuri eſſe, qui modo paululum aduerterit, cognoſcet. Illud autem Quintiliani, Qualis adhuc fortaſſe nemo fuerit, Coniunctiui eſt præteritum, pro Indicatiui præterito, Fuit.*

*Pluſq̃ perfectum.*

Eu amâra. Eu podeêra amar.

S. *Amauiſſem. Syncope. Amaſſem.*

F

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſſiuum propinquius.*

Eu foora amado. Eu podeêra ſer amado.

*Amatus eſſem.*

*Remotius.*

*Amatus fuiſſem.*

*Virgil. Aeneid. 4. —faces in caſtra tuliſſem.*
*Impleſſémq; foros flammis, gnatúmq; patrémq;,*
*Cum genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.*
*Ouidius metam. 15.*
*Quod petis hinc, propiore loco Romane petiſſes.*
*Lucanus Pharſal. 1.*
*Sub iuga iam Seres, iam barbarus iſſet Araxes.*
*Et libro quarto.*
*Paretur, rapuítq; ruens in prælia miles,*
*Quod fugiens timuiſſet iter.*
*Terentius Eunucho. Cæterum, idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo?*

*Futurum.*

*S. Amem.* Eu ame, poſſa, deua amar. Eu amarei, poderei, deuerei amar.

*Paſſiuum.*

*S. Amer.* Eu ſeia amado, poſſa, deua ſer amado. Eu ſerei amado, poderei, deuerei ſer amado.

*Lucanus Pharſal. 3.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Fœdera ſi placeant, ſit quo ueniatis inermes. id eſt. poſſitis uenire. Virgil. li. 1.*

*—Et quiſquam numen Iunonis adoret?*

*Horat. in arte.*

*Spectatum admiſsi, riſum teneatis amici? poſt.*

*Nedũ ſermonũ ſtet honos & gratia uiuax. Item poſt.*

*—non tamen intus*

*Digna geri, promes in ſcenam, multaq; tolles*

*Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.*

*Narret, id eſt. narrare poterit. Terentius Eunucho. Quod qui reſcierint, culpent? illud merito factũ omnes putent. Poſt. Ex homine hunc natum dicas? Poſt. Tibi illam reddat, aut tu illam tangas? omnium. Plin. li. 18. c. 25. Miretur hoc, qui nõ meminerit ipſo brumali die pulegium in carnarijs florerẽ.*

*Futurum aliter.*

Eu amarei, poderei, ou deuerei amar.

S *Amáuerim.* *Syncope.* *Amârim.*

*Paſſiuum propinquius.*

Eu serêi amado. poderêi, deuerêi ſer amado.

S *Amatus ſim.*

*Remotius.*

S. *Amatus fuerim.*

*Lucanus Pharſ. octauo.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Roma faue cœptis. quid enim tibi gratius unquam
Præſtiterint ſuperi, quam ſi ciuilia Partho
Milite bella geram. Horat. 1. Sermon. Sat. 5.
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.

Reperitur ſæpe Indicatiui futurum, pro futuro huius. Cicero de offi. li. 1. Quæ grauis & fortis ciuis, & in rep. principatu dignus, fugiet, atq; oderit, tradétq; ſe totum reipublicæ, neq; opes aut potentiam conſectabitur, totámq; eam ſic tuebitur, ut omnibus conſulat. In his omnibus, fugiet, oderit, tradet, conſectabitur, tuebitur, debebit fugere, odiſſe, tradere, conſectari, tueri, intelligi oportet. Sic circa finem lib. ſecundi. Ab hoc igitur genere largitionis, ut alijs detur, alijs auferatur, aberũt ij, qui rem pub. tuebuntur. In primîſq; operam dabunt, ut iuris & iudiciorum æquitate, ſuum quiſq; teneat. Libro item tertio. Ita nec ut emat melius, nec ut uendat, quidquam ſimulabit, aut diſſimulabit uir bonus.

Aeneid. 4.—Mugire uidebis
Sub pedibus terram. post
—ſola fuga nautas comitabor eunteis? Lucan. li. 1.
Degenerem patiêre togam? Horat. in arte.
Aemylium circa ludum, faber Imus, & ungueis
Exprimet, & molleis imitabitur ære capillos,
Infelix operis ſumma.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Econuerſo futurum Potentialis, pro Indicatiui futuro. Cicero li.1. de off. Hæ diſciplinæ igitur, ſi ſibi conſentaneæ eſſe uelint, de officio nihil queant dicere.
Horat. in arte—licet ſubcurrite longum
Clamet, io ciues, non ſit qui tollere curet. Aeneid. 7.
—Dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.
Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.
Lucanus, Pharſal. quinto.
Sed ſi magnarum poſcunt diſcrimina rerum,
Haud dubitem præbere manum. Ouid. met. 1.
Non timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Plautus Bacchidib. Effertur præda ex Troia. taceam nunc iam. Terent. Andria. Si Simo hunc noris ſatis, non ita arbitrêre. bonus hic eſt uir. Eunucho. Quod qui reſcierint culpent? illud merito factum omnes putent. Adelph. Satis mihi id habeã ſupplicij, dum illos ulciſcar modo. Liuius li. 7. dec. 1. Iniuſſu tuo, inquit, imperator, extra ordinem nunquam pugnauerim. Non, ſi certam uictoriam uideam.

## De Coniunctiuo, uel Subiunctiuo modo.

Hunc modum ita adpellarunt grammatici, quia nullam, ſicut ante dicti modi, perfectam ſententiam efficit,



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*niſi alteri coniungatur, ſubijciatúrue, alterúmue Subiũgat. Eget igitur aliorum patrocinio, nec unquam per ſe ſubſiſtit, ut perfectam faciat orationem. Iungit autem ſibi particulas has, quum, quo, ſi, ut, ni, niſi, ne, utne, dum, modo, dummodo. & ſi quæ aliæ ſunt. aut relatiuo Qui, ſubijcitur. ut, nec qui ſim quæris Alexi. maxime tamen, ſi id relatiuũ loco particulæ, ut, ponatur. Cicer. libro. 2. de officijs. O uirum magnum, dignúmq; qui in noſtra repub. natus eſſet. Terẽt. Eunucho. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Eius præſens adſignatur à grammaticis, Amem. Sed ego, niſi adſit aduerbium, quum, non uideo præſentis naturam ullam. Nam cum reliquis omnibus particulis, futurum potius reſipit. Nullus enim modus, dempto Indicatiuo, uerum tempus præſens exprimit, ne Potentialis quidem, alioqui & ipſe demonſtratiuus. Atq; in tantum futurum eſt, ut, quum pro eo Indicatiui præſens ponitur, id etiam ad futuri naturam detorqueat. Liuius li. 8. Perficietur autem, ſi urgemus obſeſſos, ſi non ante abſcedimus, quam ſpei noſtræ finem captis Veijs impoſuerimus.*

*Quaſi Præſens.*

| | Eu ame. | | Eu ſeia amado. |
|---|---|---|---|
| *S.* | *Amem.* | *Paſſiuum.* | *Amer.* |

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Eſt ubi Imperfectum Præſentis ſignificatione poſſis animaduertere. ut apud Lucanum Pharſal. 1.

—Summo ſi frigida cælo
Stella nocens, nigros Saturni adcenderet igneis,
Deucalionæos fudiſſet Aquarius imbreis.
Si ſæuum radijs Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo.

Nam adcenderet, & premeres, præſentis Subiunctiui modi ſunt. At fudiſſet, & fluerent, Potentialis.

Quaſi præſens aliter.

| Eu amaſſe haghora. | | Eu fooſſe amado haghora. |
|---|---|---|
| Amarem. | Paßiuum. | Amarer. |

Ponitur non raro prior illa uox, pro hac altera. & tunc fere, ſimilem ex Potentiali uocem ſubiungit. Aeneid. 5. —Spatia & ſi plura ſuperſint,
Tranſeat elapſus prior, ambiguúm ue relinquat.
Plaut. Aulularia act. 2. Sexcenta ſunt, quæ memorem, ſi ſit otium. pro, memorarem, ſi eßet. Poſt. Compellarem ego illum, ni metuam ne deſinat memorare mores mulierum. Metamorph. primo.
—& ſi modo uerba ſuperſint,
Oret opem, nomenq; ſuum, caſúſq; loquatur. li. 2.
—nec ſi ſciat, imperet illis. ideſt. nec ſi ſciret, imperaret. Terent. Andria. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. pro, ſi eſ-

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ſes, ſentires. Heautont. Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ, ſi ſumas in illis exercendis, plus agas. Adelphis. act. 3. Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, Atq; huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil adferant. Item ibi. Sublimem medium adriperem, & capite primum in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat uiam. Item ibi. Cæterum placet tibi factum Mitio? Mitio. Non, ſi queam mutare. Nunc quum non queo, æquo animo fero. Virgil. Aeneid. 1.

Ni faciat, maria, ac terras, cælúmq; profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, uerrántq; per auras.

Quamquam hoc etiam ad futurum pertinere poteſt, de quo paulo poſt. Plaut. Truculēto. Si æquū facias, aduētores meos non incuſes, quorum mihi dona adcepta & grata habeo. id eſt, faceres, incuſares. Aſinaria. Si ecaſtor habeas nunc quod des, alia uerba perhibeas. Salluſt. Iugurth. in oratione Memmij. Multa me dehortantur à uobis Quirites, ni ſtudium reipub. omnia ſuperet. Aeneid. 9.

—Germanæ haud mollia iuſſa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.

Horat. primo. ep. ad Quintium.

Continui montes, niſi diſſocientur opaca.
Valle. &c.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Eſt ubi uox Amarem, quaſi futurum ſignificat, ſed ſubiecta præteritis. Terẽtius Andria. Verebar quorſum euaderet. poſt. ſiui ut animum expleret ſuum. poſt. Edixin tibi, interminatus ſum ne faceres?*
*Virgil. Aeneid. 1.*
*Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis,*
*Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,*
*Qui mare, qui terras, omni ditione tenerent,*
*Pollicitus.*

*Præteritum imperfectum.*

Eu amaſſe entam. *Amarem.* *Paſſiuum.* Eu foſſe amado entam. *Amarer.*

*Præteritum perfectum.*

Eu haia, ou tenha amado.
S. *Amáuerim. Amáueris. Amáuerit.*
P. *Amauérimus. Amauéritis. Amáuerint.*
*Syncope.*
S. *Amârim. Amâris. Amârit.*
P. *Amárimus. Amáritis. Amárint.*
*Paſſiuum propinquius.*
Eu ſeja ia amado.
S. *Amatus ſim.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Remotius.

Eu haia ſido amado.

S. *Amatus fuerim.*

*Plautus Caſina.act.2.*

*—deos quæſo ut tua ſors ex ſitella effugerit.*

*Virgil. Aeneid.12.*

Obcidit, *obciderit*q; *ſinas cum nomine Troia.*

*Pluſq; perfectum.*

Eu amara.

S. *Amauiſſem.* *Syncope.* *Amaſſem.*

*Paſſiuum propinquius.*

Eu foora amado.

S. *Amatus eſſem.*

Remotius.

S. *Amatus fuiſſem.*

*Adfinitas aliqua huic tempori cum Imperfecto eſt, etiam quum pro futuro ponitur, niſi mauis enallage id fieri, ut alterum pro altero nonnũquam ponatur. Cicero de offi.li.3.de Mario loquens. Si ſe conſulem feciſſent, breui tempore aut uiuum aut mortuum, Iugurtham ſe in poteſtatem Po. Ro. redacturum. Et ſub finem eiuſdem libri. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, iurauitq; ſe illum ſtatim interfecturum,*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*niſi iuſiurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Horat. Ser. 2. Sa. 9.—diſpeream ni Submoſſes omnes. Feciſſent, & dediſſet, dixit, ubi magis quadraret, facerent, & daret. Terentius Hecyra. Perij, uouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet. Contra Adelphis. Iniurium eſt, Nam ſi eſſet unde id fieret, faceremus. pro eo quod eſſe debuerat. fuiſſet, & feciſſemus.*

*Futurum.*

Eu amar. ou, teuer amado.

*S. Amáuero. Amáueris. Amáuerit.*

*P. Amauerîmus. Amauerîtis. Amáuerint.*

*Syncope.*

*S. Amâro. Amâris. Amârit.*

*P. Amarîmus. Amarîtis. Amárint.*

*Paſsiuum propinquius.*

Eu foor amado.

*S. Amatus ero.*

*Remotius.*

*S. Amatus fuero.*

*Aduertant pueri differentiam adcentus, circa pluralia futuri & præteriti exacti. Nam in futuro, rîmus,*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

& ritîs. producta ſunt, & ideo circumflexo adcentu ſignantur. At in præterito breuia, quare in tertiam â fine acutum adcentum retulimus, ex ſententia Diomedís grãmatici nobiliſsimi. Nebriſsenſis enim præceptio, Rimus uel ritís uerbum producit ubiq;, nequaquam uera eſſe ex ipſis poëtis deprehenditur. Putate me uobís impudenter mentitum, ſi uſpiam produci præteritum inueneritis. Breue adcipite ex Virgilio Aeneid. 6.

Namq; ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti. & nimium meminiſſe neceſſe eſt.

De productione, exẽpla ex Nebriſsenſe capite, & ex Georgio Valla, Deſpauterióq;. Modo ſciatís, eos ſuper ea re falli, nec illís minus monachum Meneſium, qui maluit Antonio, quam ueritati adhæreſcere. Multa de hac re me diſputaſſe memini, in cõmentarijs Pſychomachiæ Prudentianæ. Sed quia interdum in futuro etiam inuenietís, rimus, & ritís, breuiari, quæ res Georgio Vallæ homini alioqui docto, multæq; lectionís, impoſuit, ſcitote non à futuro hoc, amauero, ſed ab altero quod & uoce, & quantitatís menſu, præterito exacto ſimile eſt. Eſſe autem tale futurum, exempla oſtendent. Terentius Andria.

—ea lege, atq; omine, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Adelphis. Ne mora ſit, ſi innuerim, quin

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*pugnus continuo in mala hæreat.*

*Futurum aliter.*

Eu amar.

*S. Amáuerim. Syncope. Amârim.*

*Paſsiuum propinquius.*

Eu foor amado.

*S. Amatus ſim.*

*Remotius.*

*S. Amatus fuerim.*

*Cæterum, in futuro Indicatiui ſatís demonſtrauimus horum duorum modorum inter ſe uiciſſitudinem. Quare non abs re uiſum fuit, heic illud etiam adponere, quo pueri admoneantur.*

*Futurum aliter.*

Eu amar. Eu foor amado.

*S. Amabo. Paſsiuum. Amabor.*

*Cicero in prologo librorum officialium. Quamobrem diſces tu quidem à principe huius ætatís philoſophorum, & diſces quandiu uoles, id eſt. uolueris. Imo ſiquando hoc futurum perfectionem quandam ſignificat, etiam tum indicatiui futurum pro eo poſitum inuenitur. Terent. Hecyra. Quid ſi non ueniet, maneám ne uſque ad ueſperum? pro ſi non uenerit.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Poſtremo hoc etiam admonendum, frequentiſsime præſens ipſum uice fungi futuri. Quod nequaquam admirabimini, ſi memineritis, quod paulo ante dixi, id tempus naturam futuri, quam præſentis, referre magis. niſi adſit aduerbium, quum. Ne tum quidem ſemper. Nam Virgil. etiam tum futurum fecit.

Quum faciam uitula. Plautus Caſina.

Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim.
Et præter operam, reſtim ſumpti fecerim,
Et meis inimicis uoluptatem creauerim.

Suſpendam, pro ſuſpendero poſuit, Reliqua uerba, futuri Potentialis ſunt. Cicero de off. li. 1. Hic, ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate uincatur. &c. Virgil. Aeneid. 1.

Ni faciat, maria, ac terras, cælúmq; profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, uerrántq; per auras.

Et Lucanus Pharſal. 1. — Si terra recedat,
Ionium Aegeo franget mare. Sed utrumq; exemplum poteſt ad imperfectum referri, ut ante diximus. Verum tunc ſuauior Lucani erit lectio, frangat mare.

## De Infinitiuo modo.

Infinitiuum modũ uocamus, quod perſonas numeróſq; non definiat. Eum etiam perpetuum dixere, ideo quod

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*una perpetua uoce, ſine diſcretis numeris perſoniſq́ʒ, efferatur. eâq́ʒ perſona numerôue adficiatur, quam nomen ante uerbum ipſum poſitum, intellectúmue, præ ſe ferat.*

*Præſens & Imperfect.*

Amar haghora, ou entám.

*Amare.*

*Paßiuum.*

Ser amado haghora, ou entam.

*Amari.*

*Capitur hoc tempus elegantißime pro præterito imperfecto Indicatiui, quum præcedit nominatiuus. Eſtq́ʒ ea loquutio narrationi breuitatiq́ʒ adcommoda. Terent. Eunucho. Inuidêre omnes mihi, mordere clanculum. Ego non floccipendere, illi inuidere miſere. Salluſtius Iugurh. Non ſe luxui neq́ʒ inertiæ corrumpendum dedit, ſed uti mos gentis illius eſt, equitare, iaculari. &c. Ad hoc plæraq́ʒ tempora in uænando agere, leonem atq́ʒ alias feras primus, aut in primis ferire, plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui.*

*Præteritum perfect. & pluſq́ʒ perfect.*

Hauer, ou tẽer amado.

*Amauiſſe. Syncope. Amaſſe.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſſiuum propinquius.*

Ser ia amado.

*Amatum.am.um.eſſe.*

*Remotius.*

Hauer ſido amado.

*Amatum.am.um. fuiſſe.*

*Futurum.*

Inda amar.hauer de amar.

*Amaturum.*

*Heic quam ob rem, amaturum eſſe non dixerim, ratio ex Gellio petenda eſt, Ciceronis teſtimonium adferente, quinta in Verrem actione. Quocunq; uenerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Gracchi item, Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Plauti etiam in Caſina, & aliorum. Non diffiteor, nos frequentius per participium futurum, hoc tempus utraq; uoce, actiua uidelicet & paſſiua, tribus diſtinctis generibus ſolere efferre, ſed tamen ipſa ueri futuri uox omittenda non fuit.*

*Alterum etiam circumloquium, amatum ire, futuro à Grammaticis adſignatum, omnino ſuſtuli, quia futurum nequaquam eſt, ſed præſens. Iungitur enim uerbũ eo, is, ſupino priori uerborũ, per omnes modos & tẽpora. Terent. Andria. Quur te is perditũ? Heautont.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*In mea uita tu tibi laudem is quæſitum, ſcelus.*

*Paſſiuum.*

Inda ſer amado. hauer de ſer amado.

*Amatum iri.*

*Terentius Andria. Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo. Cicero rhetoricorum ſecundo. Deinde cæteros à uirtutis ſtudio repulſum iri.*

*Infinitiuus, aut omnino uerbo principali hæret, & à ſuppoſito ipſius determinatur, quaſi una oratio, ut, Volo legere, Volumus ire. Aut determinatur quidẽ à priori uerbo, ſed eius actio refertur ad aliud ſuppoſitum, quod in adcuſatiuo ante ipſum ponitur, quaſi duæ ſint orationes. Volo ego, te legere, id eſt, uolo ut legas. Hoc ſecundo modo, Infinitiuus Luſitana lingua numeros & perſonas habere poteſt.*

*Præſenti, & Imperfecto.*

*S. Amar eu. Amares tu. Amar alguem.*

*P. Amarmos nos. Amardes uos. Amarem algũos.*

*Præterito.*

*Tẽer amado eu. Tẽeres amado tu. &c.*

*Futuro.*

*Inda amar eu. Inda amares tu. &c.*

*Quamquam frequentius huiuſmodi orationes cum ad-*

H

UVA. BHSC. SC 11291(02)

uerbio, quod, Latina conſuetudine, in Indicatiuum reijcimus, uel ſubiunctiuum, cum particulis illi adcommodis,

Volo te legere. Volo ut legas. Quero que leas.
Certo ſcio te amare. Eu ſei certo amares tu.
Certo ſcio quod amas. Sei certo que amas.
Putabam te feciſse, quod petij.
Cuidaua, teēres ia fecto ho que te pedij.
Putabam quod feceras, quod petij.
Cuidaua que tinhas fecto ho que te pedij.
Sic etiam in alijs.

Hoc adnotaui, propter moroſos quoſdam, homines alioqui & doctos & amicos, qui dum nimis delicate aulici eſse uolunt, Luſitanam linguam ampliſsimam illam quidē, Latiniq; ſermonis pediſequam familiarémq; uernaculam, in magnas anguſtias detrudunt. Habeant illi laudes ſuas, quod magis, ſi dijs placet, Luſitanicum idiotiſmum, ut putant, præ ſe ferant. Permittant nobis formulas, quibus eodem modo Latinas, & ſi minus eleganter, reddamus tamen.

In omni lingua, aliud alio elegātius dicitur. Sed nō ſtatim quidquid non tam elegans eſt, ab ea lingua alienum iudicatur. Cicero multos in Latinam linguam Helleniſmos induxit, inauditos prius, dum ſermonem Romanum anguſtiorem Græco eſse non patitur. Idem fecit

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Virgilius, & audacius multo Horatius. Nos contra. Adeo enim nos noſtri piget, ut etiam ab linguæ copia abhorreamus. Nec uero quiſquam me hæc arbitretur dicere, quod multum Luſitanam linguam deamem, cui per me ſane perire licebit, modo in Romanam, quam olim habuimus, mutaretur. Verum illud me mouet, quod ex iſta aulica cacozelia, inrepunt in Latinam orationem mille barbariſmi, & rancidæ ac faſtidioſæ loquutiones illæ. Putabam quod tu arbitrabaris quod ego amabam. Scio, quod tu ſuſpicarís, quod ego non faciam hoc. Sed de his nimís multa.*

## Gerundia.

De amar, &, de ſer amado.

*Amandi.*

*Iungitur nominibus ſubſtantiuis, maxime ſignificantibus tempus, cauſam, modum, uoluntatem, & adiectiuis aliquot. ut, Certus eundi. Cupidus redeundi. Raro paſſiuum eſt. Nec temere inuenientur præter pauciſſima exempla. Iuſtinus li. 37. Athenas erudiendi gratia miſsus. Sueton. in Claudio.—Harpocratem, cui lectica per urbem uehendi ius tribuit. Varro de re ruſtica li. 2. ca. 7. de equa. Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcyllæ*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*modicum conterunt cum aqua, ad mellis craſſitudinem, tum ea re naturam equæ, quum menſes ferunt, tangunt. Liuius.li.5. Is quum in pace inſtituiſſet pueros ante urbem luſus exercendiq; cauſa producere. &c. Si quis hic, exercendi, ad magiſtrum, quam ad pueros, referre maluerit, non repugnabo. Mihi tamen ſicut genitiuus, luſus, ad pueros refertur, ita, exercendi, paſsiue poſitum, molliſsime eo relatum uidetur.*

Amando, &. ſendo amado.

*Amando.*

*Luſitanæ linguæ idiotiſmus, hoc tantum gerundium habet. Neq; tamen ſemper, quum Græcorum imitatione, etiam Infinitiui præſenti, pro gerundijs utatur, aut articuli, aut præpoſitionis adminiculo. ut.*

*Amandi, actiue.* τοῦ ἀγαπᾶν. de amar.

*Amandi. paſſiue.* τοῦ ἀγαπᾶσθαι. de ſer amado.

*Horat. Helleniſmũ imitatus dixit. Tempus abire tibi.*

*Amando. actiue.* ἐν τῷ ἀγαπᾶν. En amar.

*Amãdo. paſſiue.* ἐν τῷ ἀγαπᾶσθαι. En ſer amado.

*Cæterum, gerundiũm hoc ſecundum, & in actiua, & in paſsiua ſignificatione uulgo notum eſt, nec teſtimonio indiget. Illud aduertendum, ſæpe imperſonaliter reperiri. Liuius li. 6. decad. 1. Et erat æris alieni magna uis, res damnoſiſſima etiam diuitibus, ædificãdo contracta.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

ædificãndo, hic, nulli certæ perſonæ iungitur. Eodem libro. Satis eſſe miſsilibus ac terrore impediri curſum, obequitandôq; agmen teneri, & lib. 7. Iamq; omiſſa cunctando uictoria erat. & lib. 8. ut ferme fugiendo in fata ruitur. Sic etiã expono illud Virgil. in Damone.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Etſi Seruius exponat paſſiue, dũ cantatur, id eſt, incãtatur. Primum nõ adſentior poni cãtari, pro incãtari. Nec enim Seruius ita loqueretur. Ego cãtaui anguem. Deinde ſuperiora oſtẽdũt, cãtãdo, imperſonaliter poni.

Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam,
Carminibus Cyrce ſocios mutauit Vlyſſis.

Frigidus in pratis cantando, id eſt. dum canitur, in ipſo cantare, uel per carmina. Et quum ibi idem Seruius doceat gerundiuum modũ ab omni uerbo ſimiliter creari, nihil impedit ab imperſonali uerbo ueniens gerundium, imperſonaliter ſignificare.

Ad amandũ. act. πρὸς τὸ ἀγαπᾶν. para amar.
Ad amandũ. paſ. πρὸς τὸ ἀγαπᾶσθαι. para ſer amado.

Et hunc quoq; Helleniſmum noſtri, præcipue poëtæ, imitantur, cum quibuſdam adiectiuis. Horatius. —celer ſequi. Statius. —fortis peruertere muros.

para amar, & ſer amado.
Ad amandum.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Quia actiua ſignificatio gerundij huius tritiſsima eſt, de paſſiua ſolum teſtimonium adferam. Salluſtius Iugurth. Pauca ſupra repetam, quo ad cognoſcendum, omnia inluſtria magis, magiſq; in aperto ſint. Idem ibi. Igitur Iugurtha ubi armis, uiriſq;, & pecunia ſpoliatus eſt, dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum, & ex mala conſcientia digna timere.

Iungitur gerũdium hoc, abſq; præpoſitione, uerbo ſubſtantiuo, per omnia tempora, admittitq; etiam tum caſum ſui uerbi, quamquam frequentius & elegantius ſine eo uerbo reperitur. Plinius Secundus. Græcis utendum erit uocabulis. Virgil.—pacem Troiano ab rege petendum. Varro. Colligendum eas in uas. Frenos ſuſpendendũ. Singulis faciendum haras. Præfectos alacriores faciũdum præmijs. Boues, neq; minores trimos, neq; maiores quadrimos parandum. Hos, ueteranos ex campeſtribus locis emendum. Et multa alia. Nam familiaris eſt hæc formula Varroni. Cicero de ſenectute. Tanquam longam aliquã uiam, quam nobis quoq; ingrediendum ſit. Et hæc uera eſt lectio, ut ex codice manu ſcripto uetuſtiſsimo adparet. Idem ad Atticum. Iterandum eadem iſta mihi. Hæc de gerundijs obiter. Qui plura uolet, is Laurentium conſulat.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Supina.

Amatum. a amar. cum uerbo ſignificãte motũ ad locũ.
Amatu. para ſe amar. cum nominibus adiectiuis.
Virgilius.
In breuia & Syrteis urget, miſerabile uiſu.
Mirabile dictu. Horrendum dictu.
In carmine obſcæno. Turpe quidem factu.
Inuenias ubi ſecundum hoc ſupinum, cum uerbo motum de loco ſignificante iungatur, quod Priſcianus adſerit, Valla negat. Statius Achill. 1. Vænatu rediturum. Plaut. Menæh. Obſonatu redeo. Cato de uillici officio. Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. Alij dicerent uænatu, obſonatu, cubitu, nomina eſſe, ſed Cato uiſus eſt in utroq; ſupino uoluiſſe ludere. Verum, grammaticorum litem alij dirimant. Mihi ſatis eſt formulam loquendi uſitatam adnotaſſe.

## Participia.

### Præſentis, uel imperfecti.

Ho que ama, ou amaua.
Amans, antis. trium generum.
Raro admodum apud poetas paſſiuum eſt hoc participium, ut apud Virgil. Voluentia plauſtra. Voluen-

UVA. BHSC. SC 11291(02)

tibus annis. & apud Salluſt. Iugurth.—deinde inflexa, atq; aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. Liuius li.5. Quod ex ea tantum præda, quæ rerum mouentium ſit, decima deſignetur.

Huius participij rarus Luſitanis uſus eſt. Sed aut per gerundium in, do, aut per Indicatiui præſens, præteritum ue, illud explicant. Per gerundium, tum maxime, quum participium in nominatiuo, uel ablatiuo abſolute ponẽdum eſt. ut, Dormiens hoc faciam. Domijndo farei eu iſto. Dormiẽtibus ciuibus, Troia incenſa fuit. Dormijndo hos cijdadãos, foi ha Troia acceſa en fogo. Id adcidiſſe puto propterea, quia etiam Latinis quædam gerundij & participij eſt cognatio. Vt ſi dicam, dormiens uigilo, id etiam licebit ita dicere. Dormiendo uigilo. Iuuenal.

Plurimus hic æger moritur uigilando.

Aurelius Nemeſianus, ecloga.2.

—& hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas
Purpureas laudando genas, & lactea colla.

Facimus nõnunquam id, quum participiũ in adcuſatiuo poſt uerbum ponimus. Neq; tamen ſemper. Non enim quemadmodũ, inueni dormientem, achei ho dormijndo, dicam, ita etiam dixero per gerundium, ne excites dormientem. Sed tum dicam, Non accordes ho que dorme.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

At cum reliquis caſibus, ad Indicatiui præſens, imperfectúm ue confugiendum eſt. Hoc omittendum non eſt, & ſi participiū hoc præſentis, præteriti ue imperfecti fecimus, iungi tamen nõnunquam uerbo futuro, cum futuri ſignificatione, ut Virgilius.

Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.

Videns, ideſt, quum uidero. Idem.

—& Turnum fugientem hæc terra uidebit? Sic etiam præterito perfecto iunctum, præteriti ſignificationem adcipit, Cicero in Bruto. Quum è Sicilia decedens, Rhodum ueniſſem. Virgilius.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

Decedens, qui deceſſi. Surgens, quæ ſurrexit. Id autem in his uerbis fit, quæ præteriti actiua participia non habent. De præterito imperfecto, omnia exemplis plena ſunt. Aeneidos. x.

Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit. Item. xi.

Non hæc Euandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam. Item. xij.

—quod ſi immatura manebat
Mors natum, cæſis Volſcorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros cecidiſſe iuuabit.

Fugientem, ideſt, qui fugiebat. Diſcedens, ideſt, quum



UVA. BHSC. SC 11291(02)

diſcedebam, uel diſceſſi, ſi libet. Ducentem, ideſt, qui ducebat.

Præteriti.

Ho amado.

Amatus, a. um.

In deponentibus, & communib. uerbis.

Ho que penſou.

Opinatus. a. um.

Raro actiuum eſt, & in paucis uerbis à grammaticis notatis, niſi à deponētibus aut cōmunibus actiuæ ſignificationis deſcendat.

Futurum actiue.

Ho para amar, ou, que haa, ou hauia de amar.

Amaturus. a. um.

Ruit moriturus in hoſteis. para morrer.

Nec moritura tenet crudeli funere Dido. Que haa de morrer.

Teſtatur moritura deos. Que hauia de morrer.

Futurum paſſiue.

Ho para ſer amado. ho que haa, ou, hauia de ſer amado.

Amandus. a. um.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Hoc à quocunq; uerbo ueniat, paſſiuum eſt. Sed temporis nonnunquam fit enallage. Nam inuenitur interdum præſentis ſignificatione. Quia enim Græci præſens participium & actiue & paſſiue proferunt, noſtri idem efficere tentarunt, interdum per ipſum præſens participium in paſſiuam ſignificationem mutatum, ut ſupra diximus, uoluentia plauſtra, uoluentibus annis. &c. Interdum autem participium futuri paſſiuum, præſenti tempori adcommodant. Virgil. Voluenda dies en attulit, ideſt, quæ uoluitur. Tale mihi uidetur illud Ciceronis libro de officijs tertio. Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium, ideſt, ex rebus quæ contrahuntur. Lucretius li. 6.

Glans etiam longo curſu uoluenda liqueſcit.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

# SECVNDAE CONIVGATIONIS PARADIGMA.

## *Indicatiuus.*

### *Præſens.*

Eu inſino haghora.

*Doceo. Doces. Docet.*

*P. Docêmus. Docêtis. Docent.*

*Paſſiuum.*

Eu ſom inſinado haghora.

*S. Dóceor. Docêris, uel, docêre. Docetur.*

*P. Docêmur. Docémini. Docentur.*

### *Imperfectum.*

Eu inſinaua.

*S. Docêbam. Docebas. Docebat.*

*P. Docebâmus. Docebâtis. Docébant.*

*Paſſiuum.*

Eu era inſinado.

*S. Docêbar. Docebâris, uel, docebâre. Docebatur.*

*P. Docebâmur. Docebámini. Docebantur.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

### Præteritum perfectum.

Eu inſinei.

S. Dócui. Docuiſti. Docuit.

P. Docúimus. Docuiſtis. Docuérunt, uel, docuêre.

### Paſſiuum.

Eu fui haghora inſinado.
Eu ſom ia inſinado. Eu fui inſinado.

Propinq. Doctus ſum. Remot. Doctus fui.

### Pluſquã perfectum.

Eu inſinára.
Eu tinha inſinado.

S. Docúeram. Docúeras. Docúerat.

P. Docuerâmus. Docuerâtis. Docúerant.

### Paſſiuum.

Eu era ia inſinado. Eu foora inſinado.

Propinq. Doctus eram. Remot. Doctus fúeram.

### Futurum, uel, modus promiſsiuus.

Eu inſinarêi.

S Docébo. Docebis. Docebit.

P. Docébimus. Docébitis. Docebunt.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſſiuum.*

Eu ſerei inſinado.

*S. Docêbor. Docéberis, uel, docébere. Docébitur.*

*P. Docébimur. Docebímini. Docebuntur.*

*Aliter.*

Eu inſinarei.

*S. Docúero. Docúeris. Docúerit.*

*P. Docuerîmus. Docuerîtis. Docúerint.*

*Paſsiuum.*

Eu ſerei inſinado.

*Propinq. Doctus ero. Remot. Doctus fuero.*

*Imperatiuus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Inſina tu.

*S. Doce. Doceat.*

*P. Doceâmus. Docête. Dóceant.*

*Paſsiuum.*

Se tu inſinado.

*S. Docêre. Doceatur.*

*P. Doceâmur. Docémini. Doceantur.*

*Aliter.*

Inſina tu.

*S. Docêto tu. Doceto ille.*

*P. Doceâmus. Docetôte. Docento.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

### Paſsiuum.

Se tu inſinado.

S. Docêtor. Docêtor.

P. Doceâmur. Docéminor. Docentor.

### Idem tempus prohibitiue.

Non inſines tu.

S. Ne dóceas. Ne doceat.

P. Ne doceâmus. Ne doceâtis. Ne doceant.

### Paſsiuum.

Non ſeias tu inſinado.

S. Ne doceâris, uel doceâre. Ne doceatur.

P. Ne doceâmur. Ne doceámini. Ne doceantur.

### Aliter.

Non inſines tu.

S. Ne docúeris. Ne docúerit.

P. Ne docuerîmus. Ne docuerîtis. Ne docúerint.

### Paſſiuum.

Non ſeias inſinado.

Propinq. Ne doctus ſis. Remot. Ne doctus fúeris.

### Præteritum imperfectum.

Inſinaſſes tu.

S. Docéres. Doceret.

P. Docerêmus. Docerêtis. Docérent.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſſiuum.*

Fooſſes tu inſinado.

S. *Docerêris, uel, docerêre. Docerêtur.*

P. *Docerêmur. Docerémini. Docerentur.*

*Præteritum perfectum.*

Tu haias, ou, tenhas inſinado.

S. *Docúeris. Docúerit.*

P. *Docuérimus. Docuéritis. Docúerint.*

*Paſsiuum.*

Tu haias ſido inſinado.

*Propinq. Doctus ſis. Remotius. Doctus fúeris.*

*Pluſq; perfectum.*

Inſináras tu.

S. *Docuiſses. Docuiſset.*

P. *Docuiſſêmus. Docuiſsêtis. Docuiſſent.*

*Paſſiuum.*

Fooras tu inſinado.

*Propinq. Doctus eſses. Remot. Doctus fuiſses.*

*Futurum.*

Tu inſinaraas.

S. *Docebis. Docebit.*

P. *Docébimus. Docébitis. Docebunt.*

*Paſſiuum.*

Tu ſeraas inſinado.

S. *Docéberis, uel, docébere. Docebitur.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. Docébimur Docebimini. Docebuntur.

Permiſſiuus modus.

Quaſi præſens, uel, futurum.

Eu inſine. mas que inſine, doulhe que inſine.

S. Dóceam. Dóceas. Dóceat.

P. Doceâmus. Doceâtis. Doceant.

Paſsiuum.

Eu ſeia inſinado, mas que ſeia inſinado. doulhe que ſeia inſinado.

S. Dócear. Doceâris, uel, doceâre. Doceatur.

P Doceâmur .Doceámini. Doceantur.

Aliter.

Tu inſina.

S. Doce. Dóceat.

P. Doceâmus. Docête. Dóceant.

Paſſiuum.

Tu ſe inſinado.

S. Docêre. Doceâtur.

P. Doceâmur. Docémini. Doceantur.

Aliter.

Tu inſina.

S. Docéto. Docêto.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. *Doceâmus.* *Docetôte.* *Docento.*

## *Paſſiuum.*

Tu ſe inſinado.

S. *Docêtor.* *Docêtor.*

P. *Doceâmur.* *Docéminor.* *Docentor*

## *Præter. imperfect.*

Eu inſinaſſe. mas que inſinaſſe, doulhe que inſinaſſe.

S. *Docêrem.* P. *Docerêmus.*

## *Paſſiuum.*

Eu fooſſe inſinado. mas que fooſſe, doulhe que fooſſe inſinado.

S. *Docêrer.* P. *Docerêmur.*

## *Præterit. perfectum.*

Eu haia, ou tenha inſinado. mas que haia, doulhe qne haia inſinado.

S. *Docúerim.* P. *Docuérimus.*

## *Paſſiuum.*

Eu ſeia ia inſinado. mas que ſeia,
doulhe que ſeia ia inſinado.

*Propinq.* *Doctus ſim.*

Eu haia ſido inſinado. mas quehaia,
doulhe que haia ſido inſinado.

*Remotius.* *Doctus fúerim.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Pluſq; perfectum.*

Eu inſinâra, mas que inſinâra, doulhe que inſinára.

*S. Docuiſſem.*

*Paſſiuum.*

Eu foora inſinado. mas que foora, doulhe que foora inſinado.

*Propinq. Doctus eſſem. Remot. Doctus fuiſſem.*

*Futurum.*

*Dóceam. Paſſiuum. Dócear. ut in præſenti.*

*Optatiuus modus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Eu inſine. Eu ſeia inſinado.

*Dóceam. Paſſiuum. Dócear.*

*Aliter.*

*S. Docúerim. P. Docuérimus.*

*Paſſiuum.*

*Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fúerim.*

*Præſens tantum, aliter.*

Ora eu inſinaſſe. Ora eu fooſſe inſinado.

*Docêrem. Paſſiuum. Docêrer.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Præteritum imperfectum.

Ora eu inſinâra entam. Ora eu foora inſinado entam.

*Docérem.* *Paſſiuum.* *Docérer.*

## Præteritum perfectum.

Eu haia, ou, tenha inſinado.

*S. Docúerim. P. Docuérimus.*

## Paſsiuum.

Eu ſeia ia inſinado. Eu haia ſido inſinado.

*Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fúerim.*

## Pluſq̃ perfectum.

Eu inſinára.

*Docuiſsem. P. Docuiſsêmus.*

## Paſsiuum.

Eu foora inſinado.

*Propinq. Doctus eſsem. Remot. Doctus fuiſsem.*

## Futurum.

Eu inſine. Eu ſeia inſinado.

*Dóceam.* *Paſſiuum.* *Dócear.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Aliter.*

Eu inſine.

*S. Docúerim. P. Docuérimus.*

*Paſſiuum.*

Eu ſeia inſinado.

*Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fúerim.*

*Potentialis modus.*

*Præſens, uel, futurum.*

Eu inſine. Eu poſſo inſinar. Eu ſeia inſinado. Eu poſſo ſer inſinado.

*Dóceam. Paſſiuum. Dóccar.*

*Aliter, præſens tantum.*

Eu inſinaria haghora. Eu ſeria inſinado haghora.

*Docêrem. Paſsiuum. Docêrer.*

*Præteritum imperfectum.*

Eu inſinaria entam. Eu ſeria inſinado entam.
Eu podia, ou deuia inſinar. Eu podia, ou, deuia ſer inſinado.

*Docérem. Paſsiuum. Docêrer.*

*Præterit. perfectum.*

Eu haia inſinado.
Eu pude inſinar.

*S. Docúerim. P. Docuérimus.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Paſſiuum.

Eu haia ſido inſinado.
Eu pude ſer inſinado.

Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fúerim.

## Præteritum pluſq̃ perfect.

Eu inſinara. Eu podeera inſinar.

S. Docuiſſem. P. Docuiſsêmus.

## Paſsiuum.

Eu foora inſinado.
Eu podeera ſer inſinado.

Propinq. Doctus eſsem. Remot. Dostus fuiſsem.

## Futurum.

Eu inſine, poſſa, deua inſinar.
Eu inſinarei, poderei, deuerei inſinar.

S. Dóceam. P. Doceâmus.

## Paſſiuum.

Eu ſeia inſinado. poſſa, deua ſer inſinado.
Eu ſerei inſinado, poderei, deuerei ſer inſinado.

S. Dócear. P. Doceâmur.

## Aliter.

Eu inſinarei, poderei, ou deuerei inſinar.

S. Docúerim. P. Docuérimus.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſsiuum.

Eu ſerei inſinado, poderei, ou deuerei ſer inſinado.

Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fúerim.

Coniunctiuus modus.

Quaſi præſens.

Eu inſine. Dóceam.

Paſſiuum.

Eu ſeia inſinado. Dócear.

Aliter.

Eu inſinaſſe haghora. Docêrem.

Paſſiuum.

Eu foosſe inſinado haghora. Docêrer.

Præteritum imperfectum.

Eu inſinaſſe entam. Docêrem.

Paſſiuum.

Eu fooſſe inſinado entam. Docêrer.

Præteritum perfectum.

Eu haia, ou tenha inſinado.

S. Docúerim. P. Docuérimus.

Paſsiuum.

Propinq. Eu ſeia'ia inſinado. Doctus ſim. Remot. Eu haia ſido inſinado. Doctus fuerim.

Præterit. pluſq; perfect.

Eu inſinara.

S. Docuiſſem. P. Docuiſsémus.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſsiuum.*

En foora inſinado.

*Propinq. Doctus eſſem. Remot. Doctus fuiſsem.*

*Futurum.*

Eu inſinar, ou teuer inſinado.

*S. Docúero. P. Docuerimus.*

*Paſsiuum.*

Eu foor inſinado.

*Propinq. Doctus ero. Remot. Doctus fúero.*

*Futurum aliter.*

Eu inſinar.

*S. Docúerim. P. Docuérimus.*

*Paſsiuum.*

Eu foor inſinado.

*Propinq. Doctus ſim. Remot. Doctus fuerim.*

*Infinitiuus modus.*

*Præſens & præteritum imperfect.*

Inſinar haghora, ou entam. Ser inſinado haghora ou entam.

*Docêre. Paſsiuum. Docéri.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

### *Præterit. perfect. & plusq̃ perfect.*

Hauer, ou, tẽer inſinado.
*Docuiſſe.*

### *Paßiuum.*

Ser ia inſinado.
*Propinquius. Doctum. am. um. eſſe.*

Hauer ſido inſinado.
*Remotius. Doctum. am. um. fuiſſe.*

### *Futurum.*

Inda inſinar, hauer de inſinar.
*Docturum.*

*Paßiuum.*

Inda ſer inſinado, hauer de ſer inſinado.
*Doctum iri.*

### *Gerundia.*

De inſinar, & de ſer inſinado.
*Docendi.*
Inſinando, & ſendo inſinado.
*Docendo.*
para inſinar, & para ſer inſinado.
*Ad docendum.*

### *Supina.*

A inſinar.
*Doctum.*

para ſe inſinar.
*Doctu.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Participia.

### Præſens, & præterit. imperfect.

Ho que inſina, ou inſinaua. actiue.
*Docens. entis.*

### Præterit. perfectum.

Ho inſinado. paſſiue.
*Doctus. a. um.*

### Futurum, actiue.

Ho para inſinar, ou, que haa, ou, hauia de inſinar.
*Docturus. a. um.*

### Futurum, paſſiue.

Ho para ſer inſinado, ou, que haa, ou, hauia de ſer inſinado.
*Docendus. a. um.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

# TERTIAE CONIVGATIONIS PARADIGMA.

*Indicatiuus modus.*

*Præſens.*

Eu leo haghora.

*LEgo. Legis. Legit.*

*P. Légimus. Légitis. Legunt.*

*Paſſiuum.*

Eu ſom lijdo haghora.

*S. Legor. Légeris.,uel,légere. Légitur.*

*P. Légimur. Legímini. Leguntur.*

*Præteritum imperfectum.*

Eu lija.

*S. Legébam. Legébas. Legébat.*

*P. Legebâmus. Legebâtis. Legébant.*

*Paſsiuum.*

Eu era lijdo.

*S. Legêbar. Legebâris,uel,legebâre. Legebâtur.*

*P. Legebâmur. Legebámini. Legebántur.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Præteritum perfectum.

| | Eu lij. | | |
|---|---|---|---|
| S. | Legi. | Legiſti. | Legit. |
| P. | Légimus. | Legíſtis. | Legérunt, uel, legére. |

## Paſsiuum.

| | Eu fui haghora lijdo. Eu ſom ia lijdo. | | Eu fui lijdo. |
|---|---|---|---|
| Propinq. | Lectus ſum. | Remot. | Lectus fui. |

Quandocunq; præteritum perfectum fit in, ſi, uel, xi, ſecunda eiuſdem præteriti perſona ſyncopen patitur nõ nunquam, maxime in hac coniugatione, licet in aliarum quoq; ſimilibus præteritis idem contingat. Miſi, miſiſti, uel, miſti. Dixi, dixiſti, uel, dixti. Catullus, Caluo.

Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum
Miſti, continuo ut die periret,
Saturnalibus optimo dierum. Idem ad Aufilenam.
Tu quod promiſti, mihi quod mentita, inimica es.
Idem.
Iupiter, ut terſti lumina ſæua manu.
Horatius ſermonum. 2. ſat. 7.
Euaſti, credo metues, doctúſq; cauebis.
Idem in Damaſippo.
Gaudens ſi cameram perquuſti forte. penes te es?

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Terentius, Eunucho. Simul conſilium cum re amiſti?
Adelphis. Factum eſt quod iuſti Demea. Idem ibi.
Nunquid circumſpexti, aut nunquid tute proſpexti tibi? Catullus.

At tu, non orbum luxti deſerta cubile.

Hæc ſyncope familiaris poëtis eſt, oratoribus non item, niſi cum ſummo auris iudicio. Illa uero, Surpui, Porxi, Surpite, omnino poëtica ſunt, nec ad coniugationem noſtram pertinent. Horatius in Damaſippo.

—unum me ſurpite morti. Catullus ad Rufum.

Siccine ſurrepſti, meaq; inteſtina perurens,
Sic miſero eripuiſti omnia noſtra bona?

## Præteritum pluſquã perfectum.

Eu leera.

S. Légeram. Légeras. Légerat.
P. Legerâmus. Legerâtis. Légerant.

### Paſſiuum.

Eu era ia lijdo. Eu foora lijdo.
Propinq. Lectus eram. Remot. Lectus fúeram.

## Futurum, uel, modus Promiſſiuus.

Eu leerei.

S. Legam. Leges. Leget.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. *Legêmus. Legêtis. Legent.*

*Paſſiuum.*

Eu ſerei lijdo.

S. *Legar. Legêris, uel, legêre. Legêtur.*
P. *Legêmur. Legémini. Legentur.*

*Aliter.*

Eu leerei.

S. *Légero. Légeris. Légerit.*
P. *Legerîmus. Legerîtis. Légerint.*

*Paſſiuum.*

Eu ſerei lijdo.

*Propinq. Lectus ero. Remot. Lectus fúero.*

*Imperatiuus modus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Lee tu.

S. *Lege. Legat.*
P. *Legâmus. Lêgite. Legant.*

*Paſſiuum.*

Se tu lijdo.

S. *Légere. Legâtur.*
P. *Legâmur.. Legímini. Legantur.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Aliter.*

Lee tu.

S. *Légito. Légito.*

P. *Legâmus. Legitôte. Legunto.*

*Paſsiuum.*

Se tu lijdo.

S. *Légitor. Légitor.*

P. *Legâmur. Legíminor. Leguntor.*

*Idem tempus, probibitiue.*

Non leas.

S. *Ne legas. Ne legat.*

P. *Ne legâmus. Ne legâtis. Ne legant.*

*Paſsiuum.*

Non ſeias lijdo.

S. *Ne legâris, uel, legâre. Ne legatur.*

P. *Ne legâmur. Ne legámini. Ne legantur.*

*Aliter.*

Non leas.

S. *Ne Légeris. Ne légerit.*

P. *Ne legerîmus. Ne legerîtis. Ne Légerint.*

*Paſſiuum.*

Non ſeias lijdo.

*Propinq. Ne lectus ſis. Remot. Ne lectus fúeris.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Præterit. imperfect.*

Leeſſes tu.

S. *Légeres. Légeret.*

P. *Legerêmus. Legerêtis. Légerent.*

Fooſſes tu lijdo.

S. *Legererêris, uel, legerêre. Legerêtur.*

P. *Legerêmur. Legerémini. Legerentur.*

*Præterit. perfectum.*

Tu haias, ou, tenhas lijdo.

S. *Légeris. Légerit.*

P. *Legérimus. Legéritis. Légerint.*

*Paſsiuum.*

Tu haias ſido lijdo.

*Propinq. Lectus ſis. Remotius. Lectus fúeris.*

*Præterit. pluſquam perfect.*

Leeras tu.

S. *Legiſſes. Legiſſet.*

P. *Legiſſêmus. Legiſſêtis. Legiſſent.*

*Paſsiuum.*

Fooras tu lijdo.

*Propinq. Lectus eſſes. Remot. Lectus fuiſſes.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

In uerbis quorum præteritum Indicatiuum exit. in ſi, aut, xi, de quibus paulo ſuperius adnotauimus, ſyncope ſolet fieri apud poëtas, in omnibus omnium aliorum modorum præteritis pluſquamperfectis, in, ſſem, uel, xem, exeuntibus. Lucretius li. 1.

Vndiq; ponderibus ſolidis confluxet ad imum.

Idem in eodem libro.

Infinita ætas conſumpſe ante acta, diéſq;.

Virgil. Aeneidos. xi.

Vixet, cui uitam deus, aut ſua dextra dediſſet.

Horatius. 2. ſerm. — hunccine ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi? Idem in Damaſippo.

Seruius Oppidius Canuſi duo prædia, diues
Antiquo cenſu, natis diuiſſe duobus
Fertur. Catullus ad Aufilenam.

Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ.

Futurum.

Tu leeraas.

S. Leges. Leget,

P. Legêmus. Legêtis. Legent.

Paſſiuum.

Tu ſeraas lijdo.

S. Legêris, uel, legêre. Legêtur.

M

UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. *Legémur. Legémini. Legentur.*

*Permiſsiuus modus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Eu lea, mas que lea, doulhe que lea.

S. *Legam. Legas. Legat.*

P. *Legâmus. Legâtis. Legant.*

*Paſſiuum.*

Eu ſeia lijdo. mas que ſeia, doulhe que ſeia lijdo.

S. *Legar. Legâris, uel, legâre. Legatur.*

P. *Legâmur. Legámini. Legantur.*

*Aliter.*

Tu lee.

S. *Lege. Legat.*

P. *Legâmus. Légite. Legant.*

*Paſſiuum.*

Tu ſe lijdo.

S. *Légere. Legatur.*

P. *Legâmur. Legímini. Legantur.*

*Aliter.*

Tu lee.

S. *Légito. Légito.*

P. *Legâmus. Legitôte. Legûnto.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſsiuum.*

Tu ſe lijdo.

S. *Légitor.* *Légitor.*

P. *Legâmur.* *Legíminor.* *Legúntor.*

*Præterit. imperfectum.*

Eu leeſſe, mas que leeſſe, doulhe que leeſſe.

S *Légerem.* P. *Legerêmus.*

*Paſsiuum.*

Eu fooſſe lijdo. mas que fooſſe. doulhe que fooſſe lijdo.

S. *Légerer.* P. *Legerêmur.*

*Præteritum perfectum.*

Eu haia, ou tenha lijdo, mas que haia, doulhe que haia lijdo.

S. *Légerim.* P. *Legérimus.*

*Paſsiuum.*

Eu ſeia ia lijdo. Mas que ſeia, doulhe que ſeia ia lijdo.

Propînquius. *Lectus ſim.*

Eu haia ſido lijdo. Mas que haia, doulhe que haia ſido lijdo.

Remotius. *Lectus fúerim.*

*Præterit. pluſq; perfect.*

Eu leera. mas que leera, doulhe que leera.

S. *Legiſſem.* P. *Legiſsêmus.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum.

Eu foora lijdo. mas que foora, doulhe que foora lijdo.

Propinq. Lectus eſſem. Remot. Lectus fuiſſem.

Futurum.

Legam. &c. ut in præſenti.

Optatiuus modus.

Quaſi præſens, uel, futurum.

Eu lea. Eu ſeia lijdo.

Legam. Legas. Paſſiuum. Legar. Legâris. &c.

Aliter.

S. Légerim. P. Legérimus.

Paſſiuum.

Propinq. Lectus ſim. Remot. Lectus fúerim.

Præſens tantum, aliter.

Ora eu leeſſe. Ora eu fooſſe lijdo.

Légerem. Paſſiuum. Légerer.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Præterit. imperfect.

Ora eu leera entam.
Légerem. Paſſiuum. Légerer.
Ora eu foora lijdo entam.

Præterit. perfectum.

Eu haia, ou, tenha lijdo.
S. Légerim. P. Legérimus.

Paſſiuum.

Propinq. Lectus ſim. Remot. Lectus fúerim.
Eu ſeia ia lijdo. Eu haia ſido lijdo.

Præterit. pluſquam perfect.

Eu leera.
S. Legiſsem. P. Legiſsêmus.

Paſsiuum.

Propinq. Lectus eſsem. Remot. Lectus fuiſſem.
Eu foora lijdo.

Futurum.

Eu lea.
Legam. Paſsiuum. Legar.
Eu ſeia lijdo.

Aliter.

Eu lea.
S. Légerim. P. Legérimus.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Paſsiuum.*

Eu ſeia lijdo.

*Propinq. Lectus ſim. Remot. Lectus fúerim.*

*Potentialis modus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Eu lea. Eu poſſo leer. Eu ſeia lijdo. Eu poſſo ſer lijdo.

*Legam. Legas. Paſſiuum. Legar. Legâris, uel. &c.*

*Præſens tantum, aliter.*

Eu leeria haghora. Eu ſeria lijdo haghora.

*Légerem. Paſsiuum. Légerer.*

*Præterit. imperfectum.*

Eu leeria entam. Eu ſeria lijdo entam.

Eu podia, ou, deuia leer. Eu podia, ou, deuia ſer lijdo.

*Légerem. Paſſiuum. Légerer.*

*Præteritum perfectum.*

Eu haia lijdo. Eu pude leer.

*S. Légerim. P. Legérimus.*

*Paſſiuum.*

Eu haia ſido lijdo.

Eu pude ſer lijdo.

*Propinq. Lectus ſim. Remot. Lectus fúerim.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

### Præterit. pluſq́; perfect.

Eu leera. Eu podeera leer.

S. *Legiſſem.* P. *Legiſſémus.*

### Paſſiuum.

Eu foora lijdo.
Eu podeera ſer lijdo.

Propinq. *Lectus eßem.* Remot. *Lectus fuiſſem.*

### Futurum.

*Legam.* Eu lea, poſſa, deua leer.
Eu leerei, poderei, deuerei leer.

### Paßiuum.

*Legar.* Eu ſeia lijdo, poſſa, deua, ſer lijdo.
Eu ſerei lijdo, poderei, deuerei, ſer lijdo.

### Futurum, aliter.

Eu leerêi, poderêi ou, deuerêi leer.

S. *Légerim.* P. *Legérimus.*

### Paßiuum.

Eu ſerêi lijdo.
pod erêi, ou, deuerei ſer lijdo.

Propinq. *Lectus ſim.* Remot. *Lectus fúerim.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Coniunctiuus modus.

### Quaſi præſens.

Eu lea. Eu ſeia lijdo.

Legam. Legas. Paſſiuum. Legar. Legaris. &c.

### Quaſi præſens, aliter.

Eu leeſſe haghora. Eu fooſſe lijdo haghora.

Légerem. Paßiuum. Légerer.

### Præterit. imperfectum.

Eu leeſſe entam. Eu fooſſe lijdo entam.

Légerem. Paſſiuum. Légerer.

### Præterit. perfect.

Eu haia, ou, tenha lijdo.

S. Légerim. P. Legérimus.

### Paßiuum

Eu ſeia lijdo. Eu haia ſido lijdo.

Propinq. Lectus ſim. Remotius. Lectus fúerim.

### Præterit. pluſquam perfect.

Eu leera.

S. Legiſſem. P. Legiſſémus.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum.

Eu foora lijdo.

Propinq. Lectus eſſem. Remot. Lectus fuiſſem.

Futurum.

Eu leer, ou, teuer lijdo.

S. Légero. P. Legerimus.

Paſſiuum.

Eu foor lijdo.

Propinq. Lectus ero. Remot. Lectus fúero.

Futurum, aliter.

Eu leer.

S. Légerim. P. Legérimus.

Paſſiuum.

Eu foor lijdo.

Propinq. Lectus ſim. Remot. Lectus fúerim.

Futurum, aliter.

Eu leer. Eu foor lijdo.

Legam. Leges. Paſſiuum. Legar. Legêris. &c.

Infinitiuus modus.

Præſens, &, præteritum imperfectum.

Leer haghora, ou, entam. Ser lijdo haghora, ou, entam.

Légere. Paſſiuum. Legi.

N

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Præterit. perfect. & pluſq̃ perfect.

Hauer, ou, tẽer lijdo.

*Legiſſe.*

### Paſſiuum.

Ser ia lijdo.

*Propinquius.* *Lectum. am. um. eſſe.*

Hauer ſido lijdo.

*Remotius.* *Lectum. am. um. fuiſſe.*

### Futurum.

I nda leer, hauer de ler.

*Lecturum.*

*Paſſiuum.*

Inda ſer lijdo, hauer de ſer lijdo.

*Lectum iri.*

### Gerundia.

De leer, &, ſer lijdo.

*Legendi.*

Leendo, &, ſendo lijdo.

*Legendo.*

Para leer, &, para ſer lijdo,

*Ad legendum.*

*In tertia, & item in quarta coniugatione, uſitatum eſt, nonnunquam gerundia efferre mutato, e, in, u. undi, undo, undum. Legundi. Faciundi, Audiundi, Adeundi. Vnde illa tritiſsima formula. Faciundum curauit.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*De pecunijs repetundis. & alia. Quare Eutychius grammaticus illa gerendia ſemper adpellat, á gerendo. ſicut nos gerundia, á gerundo.*

### *Supina.*

| | |
|---|---|
| A leer. | Para ſe leer. |
| *Lectum.* | *Lectu.* |

### *Participia.*

### *Præſens, &, præterit. imperfectum.*

Ho que lee, ou, lia. actiue.
*Legens. entis.*

### *Præterit. perfect. & pluſq; perfect.*

Ho lijdo. Paſſiue.
*Lectus. a. um.*

### *Futurum. actiue.*

Ho para leer, ou, que haa, ou, hauia de leer.
*Lecturus. a. um.*

### *Futurum. Paſſiue.*

Ho para ſer lijdo, ou, que haa, ou, hauia de ſer lijdo.
*Legendus. a. um.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

# QVARTAE CONIVGATIONIS PARADIGMA.

## Indicatiuus modus.

### Præſens.

Eu ouço haghora.
AVdio. Audis. Audit.
P. Audîmus. Audîtis. Audiunt.

### Paſſiuum.

Eu ſom ouuido haghora.
S. Audior. Audîris, uel, audîre. Audîtur.
P. Audîmur. Audimini. Audiuntur.

### Præterit. imperfectum.

Eu ouuia.
S. Audiêbam. Audiébas. Audiêbat.
P. Audiebâmus. Audiebâtis. Audiebant.

### Paſſiuum.

Eu era ouuido.
S. Audiêbar. Audiebâris, uel, ebâre. Audiebatur.
P. Audiebâmur. Audiebámini. Audiebantur.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Syncopen patitur huius coniugationis præteritum imperfectum, per remotionem .e. pœnultimæ ſyllabæ, manente .i. producto. Virgilius Aeneidos. 4.

At leuem Clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat. Aeneid. 8.
Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus. poſt.
Certatim ſquammis ſerpentum, aurôq; polibant.
& lib. decimo.
Infula cui ſacra redimibat tempora uitta. Catullus.
Quod ſcibant Parcæ, nec longo tempore, abeſſe.
Terentius Andria. Propterea, quod ſeruibas liberaliter. Eſt enim uerſus trimeter.

Syncope.

S. Audîbam. Audîbas. Audîbat.
P. Audibâmus. Audibâtis. Audîbant.

Paſsiuum.

S. Audîbar. Audibâris, uel, audibâre. Audibâtur.
P. Audibâmur. Audibámini. Audibantur.

Præteritum perfectum.

Eu ouuiȷ.
S. Audiui. Audiuiſti. Audîuit.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. *Audiuimus. Audiuiſtis. Audiuérunt, uel, Audiuêre.*

Syncope.

S. *Audij. Audijſti, uel, Audiſti. Audijt.*
P. *Audijmus. Audijſtis, uel, audiſtis. Audiérunt, uel, Audiêre.*

Paſſiuum.

Eu ſom ia ouuido.
Eu fui haghora ouuido. Eu fui ouuido.
Propinq. *Auditus ſum.* Remot. *Auditus fui.*

Præterit. pluſq; perfectum.

Eu ouuijra.
Eu tinha ouuido.
S. *Audiueram. Audiueras. Audiuerat.*
P. *Audiuerâmus. Audiuerâtis. Audiuerant.*

Syncope.

S. *Audieram. Audieras. Audierat.*
P. *Audierâmus. Audierâtis. Audierant.*

Paſſiuum.

Eu era ia ouuido. Eu foora ouuido.
Proqinq. *Auditus eram.* Remot. *Auditus fueram.*

Futurum, uel, modus promiſſiuus.

Eu ouuirêi.
S. *Audiam. Audies. Audiet.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. *Audiêmus. Audiêtis. Audient.*

*Paſſiuum.*

Eu ſerêi ouuido.

S. *Audiar. Audiêris, uel, audiêre. Audiêtur.*
P. *Audiêmur. Audiémini. Audientur.*

*Aliter.*

Eu ouuirêi.

S. *Audíuero. Audiueris. Audíuerit.*
P. *Audiuerímus. Audiuerîtis. Audíuerint.*

*Syncope.*

S. *Audíero.* P. *Audierîmus.*

*Paſſiuum.*

Eu ſerêi ouuido.

Propinq. *Auditus ero.* Remot. *Auditus fúero.*

*Aliter.*

S. *Audibo. Audîbis. Audibit.*
P. *Audíbimus. Audíbitis. Audíbunt.*

*Paſſiuum.*

S. *Audíbor. Audíberis, uel, audíbere. Audíbitur.*
P. *Audibimur. Audibímini. Audibúntur.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Vetus, & peculiaris eſt hæc formula, futuro quartæ coniugationis non ſolum in deductis ab uerbis, eo, is, & queo, quis, quæ ſic ſemper efferuntur, ibo, adibo, ſubibo, quibo, nequibo, ſed etiam in alijs. Terentius Heautont. Scibis quuius ſis. Hecyra.—ex hoc iam ſcibo quid ſiet. Poſt. Non eſt cõſilium pater, Matris ſeruibo commodis. Propertius.*

*Lenibunt tacito uulnera noſtra ſono.*

*Plautus Aulularia. Teſtudineum iſtum grandibo gradum. & ex antiquioribus Cæcilius. Audibis male, ſi male dicis mihi.*

*Imperatiuus modus.*

*Quaſi præſens, uel futurum.*

Ouue tu.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | *Audi.* | *Audiat.* | |
| P. | *Audiâmus.* | *Audíte.* | *Audiant.* |

*Paſſiuum.*

Se tu ouuido.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | *Audîre.* | *Audiâtur.* | |
| P. | *Audiâmur.* | *Audímini.* | *Audiantur.* |

*Aliter.*

Ouue tu.

| | | |
|---|---|---|
| S. | *Audîto.* | *Audîto.* |

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum.

Se tu ouuido.

S. Audîtor tu. Audîtor ille.

P. Audiâmur. Audíminor. Audiuntor.

Idem tempus, probibitiue.

Non ouças tu.

S Ne áudias. Ne áudiat.

P. Ne audiâmus. Ne audiâtis. Ne áudiant.

Paſſiuum.

Non ſeias ouuido.

S. Ne audiâris, uel, audiâre. Ne audiâtur.

P. Ne audiâmur. Ne audiámini. Ne audiantur.

Aliter.

Non ouças.

S. Ne audíueris. Ne audíuerit.

P. Ne audiuérimus. Ne audiuéritis. Ne audíuerint.

Syncope.

S. Ne audíeris. P. Ne audiérimus.

Paſſiuum.

Non ſeias ouuido.

Propinq. Ne auditus ſis. Remot. Ne audîtus fúeris.

O

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Præteritum imperfectum.

Ouuiſſes tu.

S. *Audires. Audiret.*

P. *Audirêmus. Audirêtis. Audirent.*

## Paßiuum.

Fooſſes tu ouuido.

S. *Audirêris, uel, audirêre. Audirêtur.*

P. *Audirêmur. Audirêmini. Audirentur.*

## Præteritum perfectum.

Tu haias, ou, tenhas ouuido.

S. *Audiueris. Audiuerit.*

P. *Audiuérimus. Audiuéritis. Audiuerint.*

## Syncope.

S. *Audieris.* P. *Audiérimus.*

## Paßiuum.

Tu haias ſido ouuido.

Propinq. *Auditus ſis.* Remot. *Auditus fúeris.*

## Præterit. pluſq; perfect.

Ouuiiras tu.

S. *Audiuiſſes. Audiuißet.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. Audiuiſsêmus. Audiuiſsêtis. Audiuiſſent.

Syncope.

S. Audijſſes, uel, Audiſses.

P. Audijſſêmus, uel, Audiſſêmus.

Paſsiuum.

Fooras tu ouuido.

Propinq. Audîtus eſses. Remot. Audîtus fuiſses.

Futurum.

Tu ouuiraas.

S. Audies. Audiet.

P. Audiêmus. Audiêtis. Audient.

Paſsiuum.

Tu ſeraas ouuido.

S. Audiêris, uel, audiere. Audiêtur.

P. Audiémur. Audiémini. Audientur.

Permiſsiuus modus.

Quaſi præſens, uel, futurum.

Ouça eu, mas que ouça.
Doulhe que ouça.

S. Audiam. Audias. Audiat.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

P. Audiâmus. Audiâtis. Audiant.

Paſſiuum.

Eu ſeia ouuido, mas que ſeia.
Doulhe que ſeia ouuido.

S. Audiar. Audiâris, uel, audiâre. Audiatur.
P. Audiâmur. Audiámini. Audiántur.

Aliter.

Ouue tu.

S. Audi. Audiat.
P. Audiâmus. Audite. Audiant.

Paſſiuum.

Se tu ouuido.

S. Audîre. Audiâtur.
P. Audiâmur. Audimini. Audiantur.

Aliter.

Ouue tu.

S. Audîto tu. Audîto ille.
P. Audiâmus. Auditôte. Audiunto.

Paſſiuum.

Se tu ouuido.

S. Audîtor tu. Auditor ille.
P. Audiâmur. Audiminor. Audiuntor.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Præterit. imperfectum.

Eu ouuiſſe, mas que ouuiſſe. Doulhe que ouuiſſe.

Eu foſſe ouuido, mas que foſſe. Doulhe que foſſe ouuido.

*Audîrem.* *Paſſiuum.* *Audîrer.*

Præterit. perfectum.

Eu haia, ou, tenha ouuido.
Doulhe que haia ouuido.

*S.* *Audíuerim.* *P.* *Audiuérimus.*

Syncope.

*Audíerim.* *P.* *Audiérimus.*

Paſſiuum.

Eu ſeia ia ouuido, mas que ſeia.
Doulhe que ſeia ia ouuido.

*Propinquius.* *Auditus ſim.*

Eu haia ſido ouuido, mas que haia,
Doulhe que haia ſido ouuido.

*Remotius.* *Auditus fúerim.*

Præterit. pluſq; perfectum.

Eu ouuijra, mas que ouuijra.
Doulhe que ouuijra.

*Audiuiſſem.* *Syncope.* *Audijſſem, uel, audiſſem.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſſiuum.

Eu foora ouuido, mas que foora.
Doulhe que foora ouuido.

Propinq. Auditus eſſem. Remot. Auditus fuiſſem.

Futurum.

Audiam. Paſſiuum. Audiar. ut in præſenti.

Optatiuus modus.

Quaſi præſens, uel, futurum.

Eu ouça. Eu ſeia ouuido.

Audiam. Paſſiuum. Audiar.

Aliter.

S. Audiuerim. P. Audiuérimus.

Syncope.

S. Audierim. P. Audiérimus.

Paſſiuum.

Propinq. Auditus ſim. Remot. Auditus fúerim.

Præſens tantum, aliter.

Ora eu ouuiſſe. Ora eu fooſſe ouuido.

Audírem. Paſſiuum. Audírer.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Præterit. imperfectum.

Ora ou ouuijra entam. Ora eu foora ouuido entam.

*Audirem.* Paſſiuum. *Audirer.*

Præteritum perfectum.

Eu haia, ou, tenha ouuido.

S. *Audiuerim.* P. *Audiuérimus.*

Syncope.

S. *Audierim.* P. *Audiérimus.*

Paſsiuum.

Eu ſeia ia ouuido. Eu haia ſido ouuido.

Propinq. *Auditus ſim.* Remot. *Auditus fúerim.*

Præterit. pluſquam perfectum.

Eu ouuijra.

*Audiuiſsem.* Syncope. *Audijſſem, uel audiſsem.*

Paſſiuum.

Eu foora ouuido.

Propinq. *Auditus eſſem.* Remot. *Auditus fuiſsem.*

Futurum.

Eu ouça. Eu ſeia ouuido.

*Audiam.* Paſsiuum. *Audiar.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

*Aliter.*

*Audíuerim.* *Syncope.* *Audiérim.*

*Paſſiuum.*

Propinq. *Auditus ſim.* Remot. *Auditus fúerim.*

*Potentialis modus.*

*Quaſi præſens, uel, futurum.*

Eu ouça.
Eu poſſo ouuir.
*Audiam.* *Paſſiuum.* *Audiar.*
Eu ſeia ouuido.
Eu poſſo ſer ouuido.

*Præſens tantum, aliter.*

Eu ouuiria haghora.
*Audirem.* *Paſſiuum.* *Audirer.*
Eu ſeria ouuido haghora.

*Præterit. imperfectum.*

Eu ouuiria entam.
Eu podia, ou, deuia ouuir.
*Audirem.* *Paſſiuum.* *Audirer.*
Eu ſeria ouuido entam.
Eu podia, ou, deuia ſer ouuido.

*Præteritum perfectum.*

Eu haia ouuido, Eu pude ouuir.
*Audíuerim.* *Syncope.* *Audíerim.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Paſsiuum.

Eu haia ſido ouuido.
Eu pude ſer ouuido.

Propinq. Auditus ſim. Remot. Auditus fúerim.

Præterit. pluſq̄ perfectum.

Eu ouuijra. Eu podeera ouuir.

Audiuiſsem. Syncope. Audiſſem, uel, audiſſem.

Paſsiuum.

Eu foora ouuido.
Eu podeera ſer ouuido.

Propinq. Auditus eſsem. Remot. Auditus fuiſsem.

Futurum.

Eu ouça, poſſa, deua, ouuir.
Eu ouuirêi, poderêi, deuerêi ouuir.

Audiam. P. Audiâmus.

Paſſiuum.

Eu ſeia ouuido, poſſa, deua, ſer ouuido.
Eu ſerêi ouuido, poderêi, deuerêi, ſer ouuido.

Audiar. P. Audiâmur.

Aliter.

Eu ouuirêi, poderêi, deuerêi, ouuir.

Audiuerim. Syncope. Audierim.

Paſſiuum.

Eu ſerêi ouuido, poderêi, deuerêi, ſer ouuido.

Propinq. Auditus ſim. Remot. Auditus fúerim.



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Coniunctiuus modus.

### Quaſi præſens, uel, futurum.

Eu ouça. Eu ſeia ouuido.

*Audiam.* Paſſiuum. *Audiar.*

### Quaſi præſens, aliter.

Eu ouuiſſe haghora. Eu fooſſe ouuido haghora.

*Audîrem.* Paßiuum. *Audîrer.*

### Præterit. imperfectum.

Eu ouuiſſe entam. Eu fooſſe ouuido entam.

*Audîrem.* Paſſiuum. *Audîrer.*

### Præteritum perfectum.

Eu haia, ou, tenha ouuido.

*Audiuerim.* Syncope. *Audíerim.*

Paſſiuum.

Eu ſeia ia ouuido. Eu haia ſido ouuido.

Propinq. *Auditus ſim.* Remot. *Auditus fúerim.*

### Præterit. pluſꝗ perfectum.

Eu ouuijra.

*Audiuiſſem.* Syncope. *Audijſſem*, uel, *Audiſſem.*

Paſſiuum.

Eu foora ouuido.

Propinq. *Audîtus eſſem.* Remot. *Audîtus fuißem.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

Futurum.

Eu ouuir, ou, teuer ouuido.

S. *Audiuero.* P. *Audiuerimus.*

Syncope.

S. *Audiero.* P. *Audierimus.*

Eu foor iuuido.

Propinq. *Auditus ero.* Remot. *Auditus fuero.*

Aliter.

Eu ouuir.

S. *Audiuerim.* P. *Audiuérimus.*

Syncope.

S. *Audierim.* P. *Audiérimus.*

Paſsiuum.

Eu foor ouuido.

Propin. *Auditus ſim.* Remot. *Auditus fuerim.*

Aliter.

Eu ouuir.

S. *Audiam. Audies.* P. *Audiêmus. &c.*

Paſsiuum.

Eu foor ouuido.

S. *Audiar. Audiêris. &c.* P. *Audiêmur.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## *Infinitiuus modus.*

### *Præſens, & præterit. imperfect.*

Ouuir haghora, ou, entam. Ser ouuido haghora, ou, entam.

*Audîre. Paßiuum. Audíri.*

### *Præterit. perfect. & pluſq; perfect.*

Hauer, ou, tẽer ouuido.

*Audiuiſſe. Syncope. Audijßse, uel, Audiſſe.*

### *Paßiuum.*

Ser ia ouuido.

*Propinq. Auditum. am. um. eſſe.*

Hauer ſido ouuido.

*Remotius. Auditum. am. um. fuiſſe.*

### *Futurum.*

Inda ouuir, hauer de ouuir. Inda ſer ouuido, hauer de ſer ouuido.

*Auditûrum. Paſſiuum. Auditum iri.*

### *Gerundia.*

De ouuir, &, de ſer ouuido.

*A udiendi.*

Ouuijndo, & ſendo ouuido.

*Audiendo.*

Para ouuir, &, ſer ouuido.

*Ad Audiendum.*

UVA. BHSC. SC 11291(02)

## *Supina.*

A ouuir. Para ſe ouuir.
*Auditum.* *Auditu.*

## *Participia.*

### *Præſens, & preterit. imperfect.*

Ho que ouue, ou, ouuia.
*Audiens. entis.* *actiue.*

### *Præteritum perfectum.*

Ho ouuido.
*Auditus. a. um.* *paſſiue.*

### *Futurum.* *actiue.*

Ho para ouuir, ou, que haa, ou, hauia de ouuir.
*Auditûrus. a. um.*

### *Futurum.* *paſſiue.*

Ho para ſer ouuido, ou, que haa, ou, hauia de ſer ouuido.
*Audiendus. a. um.*

*Finis.*



UVA. BHSC. SC 11291(02)

## Diodocus Stephanus ad lectorem.

*Verborum inflexus uarios, uariôſq; modorum.*
*Mæandros, & pro tempora temporibus,*
*Rem prius obductam uepribus, cæciſq; tenebris,*
*Excultam ingenio núllius ante ſatis.*
*Tandem aperit, dirimitq; chaos, ſentêſq; reuellit,*
*Et reddit luci, Lucius arte potens,*
*Qui quantum Phœbus cæleſtia lumina uincit,*
*Tantum Palladios anteit ore uiros.*
*Quæ dedit, atq; dabit ſcripta excellentia, monſtrent*
*Oratór ne magis, ſit ne poëta magis.*
*Exiguus tamen hic â magno auctore libellus,*
*Euoluendus erit nocte diêq; tibi.*
*Materiam ne ſperne humilem. progreſsus ab ipſo*
*Litore, & in medijs fluctibus Oceani,*
*Implorabis opem unius, noménq; Reſendij,*
*Atq; erit ante oculos hæc cynoſura tuos.*
*Tunc mare per uaſtum, dices, pelagúſq; loquendi,*
*Non alio audendum eſt ire, redire, duce.*

M. D. XL.

UVA. BHSC. SC 11291(02)

# *Erratula.*

C.iij.facie.2.uerſu.7.fuérimus, fuéritis,ante pœnultima acuta.
I.iiij.facie.1.Docuérimus.Docuéritis,ante pœnultima acuta.
K.iiij.facie.2.verſu.2.Eu foora.non, En foora.
O.iiij.facie.2.verſu.1.in aliquibus.Audierim.non, Audiérim.




UVA. BHSC. SC 11291(02)

UVA. BHSC. SC 11291(02)